






3697.
9
14-d
28
BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
9
14 M B
39
9-14-d-28





DISSERTATIO
DE
ORIGINE, NOMINE, AC RELIGIONE
MARONITARUM.

AUTHORE
FAUSTO NAIRONO BANENSI MARONITA
Chaldaicæ, seù Syriacæ linguæ in Almo Urbis Archigymnasio Lectore.

Ex dono Authoris Abbati D. Julio 1679



ROMAE,
Per Zachariam Dominicum Acsamitek à Kronenfeld Boëmum Pragensem, Linguarum Orientalium Typographum,
Anno ∞ DC LXXIX.
SUPERIORUM PERMISSU.




SERENISSIMO
PRINCIPI

COSMO III.

MAGNO HETRVRIÆ
DVCI.

FAVSTVS NAIRONVS BANENSIS
Sempiternam Felicitatem.



HABES, SERENISSIME PRINCEPS, in hoc Opere meo, & meum, & totius Maronitarũ Nationis in Mediceam Familiam grati animi monumentum. Meminimus tot, ac tantarum gratiarum, quibus anteactis temporibus huc

§ 2 vſ-



vſque Nos munificentiſſimè confouit. Meminimus, inquam, quam liberali beneficentiâ Coſmas Mediceus Auus Tuus Amirum Fakreddinum Nationis noſtræ propugnaculum, necnon Abù Nader Chazenium, vnà cum Abù Naufel eius filio, Maronitarum Anteſignanos, proſecutus eſt, dum Florentiam, Mahomedanorum preſſi Tyrannide, ſeſe receperunt. Non neſcimus munificentiam illam ſingularem, quam Abraham Ecchellenſis de litterariâ Republicâ optimè meritus, mihiq; ſanguine coniunctiſſimus, à Magno Duce Ferdinando, necnon à Leopoldo eius Fratre, poſtea S. R. E. Cardinali expertus eſt; quibus annuentibus, Appol-

lo-

lonij Pergæi verſionem, quæ in litterario Orbe deſiderabatur, ipſe ex Arabico, ab alijs intentatam, quia difficillimam, Latini iuris reddidit. Tot igitur memor gratiarum, hunc meum laborem, quẽ pro meâ Natione, Tuæ Familiæ Sereniſſimæ deuotiſſimâ ſuſcepi, nonniſi Celſitudini Tuæ Sereniſſimæ offerendũ iudicaui, cùm Tibi tot titulis iure meritiſſimo debeatur. Nec me Officij mei vna ratio, & lex referendæ gratiæ, vt hoc facerem mouit, ſed etiam quædam auxilij neceſſitas; nam Maronitas noſtros defendo; concertantibus quidem pro me eruditiſſimis Viris, ſed præ illorum numero paucis, aut parùm Europæo Orbi cognitis. Quam

§ 3 ob-

obrem; etsi demonstrem, quæ affirmo luculentis argumentis, quærendus mihi fuit qui me tueretur, qualis es, potentissimus, ac beneuolentissimus Protector. Excipe igitur confugientem ad Te, & faue. Romæ

APPROBATIO.

EX commiſſione Reuerendiſſimi Patris Magiſtri Sacri Palatij Apoſtolici Patris Raymundi Capiſucchij legi attentè, ac ſedulò animaduerti, Diſſertationem de Origine, Nomine, ac Religione Maronitarum, *eruditiſſimum opus doctiſſimi Domini Fauſti Naironi Banenſis Maronitæ, Chaldaicæ ſeù Syriacæ linguæ in Almo Vrbis Archigymnaſio Lectore, nihilque in ea reperi quod Catholicæ fidei, ſanæque doctrinæ aduerſetur; immò omnia in illa inueni, & veritati conſona, & eruditione ſingulari referta, ac propterea digniſſimam exiſtimo vt ad publicam Chriſtianæ, & præſertim literariæ Reipublicæ vtilitatem, & ad nobiliſſimæ Maronitarum Nationis, quæ ſemper Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ fidem profeſſa eſt, gloriam & decus in lucem euulgetur.*

Ludouicus Marraccius è Congregatione Clericorum Regularium Matris Dei, Arabicæ linguæ in Romano Archigymnaſio Profeſſor, & Sanctiſſimi Domini Noſtri Innocentij XI. Confeſſarius.

Imprimatur;

Si videbitur Reuerendissimo Patri S. Palatij Apostolici Magistro.

I. de Angelis Archiep. Vrbinas Vicesgerens.

Imprimatur,

F. Raimundus Capisucchius Sac. Pal. Apost. Magister.

De pura, ac perpetua, Maronitarum Romana & Catholica fide, *à Beato MARONE Abbate* conseruata, ac propagata, quam egregia Dissertatione probauit Clarissimus & Ornatissimus Vir

D. FAVSTVS NAIRONVS

Anagramma duplex purum.

Scribebat P. MICHAEL NAV
è Societate Iesu.

MARO MARON
ROMA NORMA

Quis MARO? dicis, erit magnus, qui pandet Apollo,
Ecce tibi faustè Faustus Apollo venit.
Est vbi ROMA, MARO est, & id est quod ROMA, fideli
ROMA absque, in terris non valet esse, MARO
Inde fidem Eois, dum gentibus inficit error
NORMA stetit fidei non temerata MARON.



A D
FAVSTVM NAIRONVM
MARONITAM

In laudem Diui MARONIS Abbatis
in hoc Opere ab eo commendati,
CARMEN SYRIACVM
in metro S. Iacobi
Iosephi Banesij Maronitæ.
Quo alludirur similitudini, quæ
intercedit inter nomina ܡܪܘܢ
MARVN , hoc est Maron,
& ܡܘܪܘܢ MVRVN, idest
Opobalsamum,
Omnesque huius effectus,
ac proprietates
In Diuo Marone ostenduntur,
Qui fidem incorruptam confirmauit,
ac propagauit
Inter Cedros Libani incorruptas.

لاقب

ܐܬܢܝܚ ܐܒܐ ܡܫܒܚܐ ܘܡܝܩܪܐ
ܟܗܢܐ ܡܪܘܢܝܐ ܒܪ ܡܫܡܠܝܘܬܐ ܘܡܢ ܩܪܝܒܐ ܥܠ
ܕܒܝܬܐ ܕܐܒܘܗܝ
ܕܗܘܐ ܘܐܬܥܒܕ ܒܥܕܬܐ ܗܕܐ ܕܒܗ
ܡܫܡܫܠܐ ܠܐ ܒܥܡܠܐ ܘܒܨܘܡܐ ܕܡܫܒܚܐ
ܘܠܐ ܫܘܪܝܗܘܢ ܘܫܘܠܡܗܘܢ.
ܡܫܡܫܬܐ ܒܪ̈ܟܐ ܒܫܡܝܐ
ܘܒܥܘܬܐ ܘܡܬܟܫܦܢܘܬܗ ܒܟܘܠܗ ܫܘܦܐ ܒܢܝܚܐ
ܠܐܒܐ ܘܠܒܪܐ ܘܪܘܚܐ ܘܩܕܝܫ ܫܡܝ̈ܢܐ
ܡܪܢ ܡܪܝ ܐܬܪܚܡ
ܘܚܣܝ ܚܛܗ̈ܝܗ ܘܣܟܠ̈ܘܬܗ ::

ܐܬܢܝܚ ܒܗܘܐ ܗܢܐ ܡܫܒܚܐ ܘܡܢܝܚ
ܢܦܫܗ ܘܡܪܢ ܡܪܢ.
ܠܡܬܟܢܫܐ ܕܒܝܬ ܢܦܫܬܐ
ܘܪܚܡ ܡܪܢ ܡܪܢ
ܦܠܚܐ ܗܘ ܠܗܘܢ ܘܐܝܟ ܘܪܚܡܢ
ܢܦܫܗ ܘܡܪܢ ܡܪܢ.
ܒܗ ܗܘ ܦܪܩܢ ܕܦܪܝܩܐ ܒܢܦܫܬܐ
ܦܓܪܐ ܘܡܪܢ ::

ܐܦ

ܢܦ ܡܠܟ̈ܬܐ ܕܟܢ ܦܩ̈ܠܣܬܐ
ܠܡܫ̈ܬܐ ܕܡܪܝ.
ܦܣܠܝ ܘܦܠܚ ܠܡܠܟ̈ܘܬܐ
ܘܕܫܡܫܘ ܕܡܫܘܪܝ::
ܘܢܚ ܒܫܡܝ ܢܘܗܪ ܡܫܒܚ
ܠܫܘܥܘܢ ܡܫܘܪܝ
ܘܢܚ ܒܫܒܚ ܢܘܒܪ ܡܫܒܚ
ܗܘܐ ܡܪܢ ܡܪܝ.
ܒܪܝܟ ܗܘ ܕܒܫܡܝܐ ܡܠܟܘ
ܡܬܒܫܡ ܡܫܘܪܝ::
ܒܪܝܟ ܒܫܡܝܐ ܕܡܫܡܫܘܬܗ
ܒܫܡ ܡܪܝ.
ܒܪܝܟ ܗܘ ܕܒܫܡܝܐ ܡܠܟܘ
ܢܝܚ ܡܫܘܪܝ::
[illegible]
ܢܝܚ ܡܪܢ ܡܪܝ.
ܒܟܠ ܐ̈ܬܘܬܐ ܘܒܫܡܫܐ
ܡܫܒܚܝܢ ܠܡܫܘܪܝ::
[illegible]
ܦܝܫ ܒܡܪܢ ܡܪܝ.

ܡܢܝ

ܡ̈ܚܘܝܢ ܘܡܙܡܘܪܝ ܗܘܘ ܒܗ ܒܫܪܪ

ܐܠܗܘܬܗ ܡܙܡܘܪܝ.

ܐܦ ܡܫܡܫܢܘ ܘܡܙܡܘܪܝ ܒܥܝܕܐ ܘܦܫܝܛܝ

ܒܝܘܡܐ ܡܙܡܘܪܝ ::

ܒܡܠܟ ܐܬܪܐ ܠܒܢܝ̈ܢܫܐ

ܙܒܝ ܡܙܡܘܪܝ.

ܠܐܬܪܐ ܡ̈ܠܐܟܐ ܘܡܫ̈ܒܚܢܐ

ܘܐܢܫܝ ܒܡܙܡܘܪܝ ::

ܘܒܡܠܟ ܐܬܪܐ ܠܐܬܪܐ ܡܫ̈ܡܫܢܐ

ܙܒܝ ܡܙܡܘܪܝ.

ܠܐ ܬܬܘܡܝܢ ܡܫܒܚܝܢ ܠܐܬܪܐ

ܡ̈ܦܩܢ ܡܙܡܘܪܝ ::

ܘܒܝܕ ܐܬܪܐ ܕܡ̈ܦܩܢ ܡܙܡܘܪܝ

ܙܒܝ ܡܙܡܘܪܝ.

ܠܐܬܪܐ ܡ̈ܠܐܟܐ ܠܐ ܬܬܘܡܝܢ

ܒܡܫܡܥܘ ܡܙܡܘܪܝ ::

ܬܬܪܐ ܕܐܬܪܐ ܗܘ ܒܫܘܪܪܐ

ܬܬܪ ܡܙܡܘܪܝ.

ܘܬܬܪܐ ܕܡܙܡܘܪܝ ܗܘ ܒܫܘܪܪܐ

ܬܬܪ ܡܙܡܘܪܝ ::

ܡܫܠܡܬܐ

ܡܫܒܚܝܢ ܢܘܪ̈ܐ ܒܫܡܝܐ ܕܐܪ̈ܐ
ܘܒܐܪܥܐ ܕܡܙܡܪܝܢ܀

ܠܗܘ ܡܫܝܚܐ ܐܠ ܐܒܪܐ ܘܙܒܢܢ
ܘܐܦܩܢ ܡܢܗ ::

ܘܦܘܩ ܘܡܫܝܚܐ ܕܐܒܪܐ ܘܙܒܢܢ
ܘܐܦܩܢ ܡܢܗ .

ܠܐܠܗܐ ܢܫܒܚ ܒܟܠܗܝܢ ܐܬܪ̈ܐ
ܕܡܘܕܝܢ ܘܡܫܒܚܝܢ ::

ܡܛܠ ܗܘ ܦܘܪܩܢܢ ܠܒܪܢܫܐ ܡܫܒܚܝܢ
ܚܛ̈ܗܐ ܕܡܢܗ .

ܘܡܢ ܩܕܡ ܐܬܓܠܝ ܠܗܘܢ
ܡܫܝܚܐ ܕܡܢܗ ::

ܐܦ ܘܒܫܡܥܬ ܘܩܕ̈ܡܐ ܐܘ̈ ܡܫܝܚܢ
ܐܘ̈ ܒܪ ܡܢܗ .

ܘܡܫܒܚܘܬܐ ܚܒܪ ܘܡܫܒܚ ܦܩܘܕܝܢ
ܒܡܢܬܐ ܡܢܗ ::

ܐܘܪ̈ܐ ܡܠܟܘܬܐ ܘܡܫܒܚܘܬܐ ܕܫܒܝܚܐ
ܚܛ̈ܗܐ ܕܡܢܗ .

ܘܡܫܒܚܝܢ ܠܗܘܢ ܒܟܠܡܢܐ ܦܩܘܕܝܢ
ܒܡܢܬܐ ܡܢܗ ::

ܒܫܡܫܘܬܐ

ܒܡܫܬܘ̈ܬܐ ܘܒܡܫ̈ܒܚܬܐ
ܡܠܝܟܐ ܕܡܢܘܢ.
ܐܣܘܪܘ ܒܠܒܘܫܝܗܘܢ ܐܠܐ ܕܐܝܬܝܗܘܢ
ܒܥܡܝܪ ܡܥܘܪܘܢ ::
ܘܐܝܬܘ ܕܟܢܘܪܐ ܘܡܙܡܪܝܢ ܐܝܬܝܗܘܢ
ܡܗܘܡܪ ܠܐܡܢܘܢ.
ܠܡܫܘܙܘܢ ܡܫܘܙܘܢ ܐܘ ܒܥܡ̈ܝܐ ܡܫܘܙܘܢ
ܡܢ ܡܢܝܐ ܡܢܝܘܢ ::
ܠܘܡܢܝܢܘܬܐ ܠܚܙܘ ܐܦ ܒܥܡܫܝܢܘ
ܕܐ ܢܒܗܘ ܡܥܘܙܘܢ .
ܘܠܥܡܪܘ ܦܘܪܩܢܐ ܥܩܒܐ ܣܒܒܐ ܕܘܒ ܠܘܒܒ
ܐܝܬܘܗܝ ܡܥܘܙܘܢ ::

Admonitio ad Lectorem.

Aliquos Authorum textus, in hoc opere citatos, qui Italicè, vel Hispanicè proſtant, Latino fideliter ſermone retulimus.



IN-

INDEX
AVTHORVM, AC TESTIVM, qui in hoc opere continentur.

Agatho Siculus Summus Pontifex.
Alexander IV. Summus Pontifex.
Anastasius Bibliothecarius.
Anonymus Gallus.
Anonymus trium litterarum R. S. P.
Antonius Ciappus
S. Athanasius.
Ayto Armenus.
Bernardus Lutzenburgius.
Breindenbergius.
Cæsar Baronius Cardinalis.
Catechesis Iacobitarum.
Chronicon Maronitarum.
Codex Arabicus penès Ioannem Risium Archipresbyterum Beryti.
Codex Eutychij Alexandrini in Agialtun penès Principem Abù Naufel Nader Chazenium Maronitam, nec non Romæ in Bibliot. S. Petri de Monte Aureo Religionis S. Francisci.

Con-

Concilia Arabica.
Concil. Lateranése ſub S. Martino Papa
Conſtitutiones Syrorum.
Dauid Archiepiſcopus Maronita.
Dionyſius Petauius è Soc. Ieſu.
Dioſcorus Patriarcha Conſtantinopolitanus.
Edwardus Prochokius Anglus.
Eugenius IV. Summus Pontifex.
Eutyches Archimandrita.
Eutychius Patriarcha Alexandrinus.
Flauius Cherubinus.
Franciſcus Ballarinus.
Franciſcus Berdinus.
Gabriel Prateolus.
Gabriel Qlai.
Georgius Cedrenus.
Gregorius XIII. Summus Pontifex.
S. Hieronymus.
Hieronymus Dandinus è Soc. Ieſu.
S. Hormiſda Summus Pontifex.
Hiſtoria Maronitarum.
Horatius Scoglius.
Iacobitæ.
Iacobus Gualterius.
Iacobus de Vitriaco Cardinalis.
Iacobus Zanzalus Albaradæus.
Innocentius III. Summus Pontifex.


§ §　　In-

Interpres Latinus Operum Sancti Ioannis Damasceni.
Ioannes IV. Summus Pontifex.
Ioannes Bona Cardinalis.
Ioannes Boterus.
Ioannes Ceuerius de Vera.
S. Ioannes Chrysostomus.
S. Ioannes Damascenus.
Ioannes Maro Patriarcha Antiochænus.
Ioannes Morinus.
Ioannes Patriarcha Græcorum Antiochænus.
Ioannes Seldenus.
Ioannes Baptista Tamagninus.
Ioseph Abbas.
Isaac Sciadrensis Archiepiscopus Maronita.
Leo X. Summus Pontifex.
Litteræ Apostolicæ sub Alexandro VII.
Ludouicus Godefridus.
Lodouicus Iacobillus.
Marcus Vlysipponensis Episcopus Portuensis.
Matthias de Corona Leodiensis Carmelita.
Menologium Græcorum.
Michael Nau è Societate Iesu.

Mis-

Miſſale Maronitarum.
Monachi Monaſterij B. Maronis.
Monophyſitæ.
Monothelitæ.
Neſtorius Patriarcha Conſtantinopolitanus.
Nicephorus Calixtus.
Paulus Diaconus.
Petrus Gnaffæus dictus Fullo.
Petrus Patriarcha Antiochænus Maronitarum.
Philippus Mazerius.
Procopius Cæſarienſis.
Quareſmius.
Robertus Bellarminus è Soc. Ieſu Cardinalis.
Said ebn Batriq, ideſt Eutychius filius Patritij Patriarcha Alexandrinus.
Stephanus Edenenſis Patriarcha Antiochænus Maronitarum.
Synodalia Chaldæorum.
Synodus Quarta Generalis.
Synodus Quinta Generalis.
Synodus Sexta Generalis.
Theodoretus.
Theophanes.

Theophilus Rainaudus è Soc. Iesu.
Thomas Biatiensis Carmelita.
Thomas Hharanita Archiepiscopus Kfartab Monothelita.
Timotheus Presbyter Constantinopolitanus.
Titus Liuius.
VVillielmus Archiepiscopus Tyri.
VVillielmus Cardinalis Sancti Marcelli.
Zonaras.



INDEX
VIRORVM ILLVSTRIVM
Maronitarum qui in hoc Opuſculo memorantur.

Abraham Ecchellenſis.
Abraham Georgius Martyr è Soc. Ieſu.
Abù Dhaher Hhabeiſcius.
Abù Nader Chazenius.
Abù Nauſèl Nader Chazenius Princeps Agialtonis.
Antonius Baneſius Archipreſbyter in Diœceſi Sidonienſi.
Gabriel Qlai Archiepiſcopus.
Gabriel Syonita.
Georgius Amira Edenenſis Patriarcha Antiochænus.
Georgius Beſbeelenus Patriarcha Antiochænus.
Georgius Carmenienſis ArchipreſbyterTripolis Syriæ.
Ioannes Heſronita Archiepiſcopus.
Ioannes Leopardus Heſronita Archiepiſcopus ex Ordine Prædicatorum.
Ioannes Maro Patriarcha Antiochænus.

Io-


Ioannes Safrensis Monachus S. Antonij Abbatis Patriarcha Antiochænus.
Ioseph Accurensis Patriarcha Antiochænus.
Ioseph Anturinus Aleppensis è Soc Iesu.
Ioseph Gratia Hesronita Archiepiscopus Tripolis Syriæ.
Isaac Sciadrensis Archiepiscopus Tripolis Syriæ.
Lucas Carpasita Archiepiscopus Cypri.
Michael Hesronita Archiepiscopus Tripolis Syriæ.
Moyses Anaysius Archiepiscopus Nicosiæ in Cypro Insula.
Petrus Domitius Monachus Sancti Antonij Abbatis Archiepiscopus Cypri.
Petrus Metoscita Cyprius è Soc. Iesu.
Sergiùs Risius Archiepiscopus Damascenus.
Stephanus Edenensis Patriarcha Antiochænus.
Victorius Scialac Accurensis Collegij Maronitarum Rauennæ Fundator.

LECTORI.

CVM Maronitarum Historias, Tabulasque Geographicas Regionum, quas incolunt, describere pararem studio accurato; nihilq; quod faceret mihi satis depromere ex Occidentalium Scriptorũ Codicibus potuissem; iter in Maiorum meorũ Patriam, non captandæ tantum modò auitæ auræ gratia, & recreandi animi, sed eo maximè consilio institui, Vt ex Orientalium libris nostra Veriùs, ac securiùs cognoscerem & quãuis exportauerim mecum non pauca, desideraui tamen plurima alia, quæ cum datis ad Nationis Primates epistolis diligentiùs perquiro, non modicũ mihi tempus effluxit. Transmiserunt quidem Amici pro Votis nonnulla, Vndè capere plurimùm fructus licuisset, sed opes illas meas, barbari Pyratæ, meo magno damno, nullo suo cõmodo, deprædati sunt. Et hæc causa est cur tamdiù de Maronitarũ rebus scri-

bere

bere superſederim; animus enim erat, res noſtræ gentis non dimidiata opera, ſed abſolutiſſima, quantùm in me eſt, tradere. Vrgebant intereà Amici, & inuitabant, non ex Italia modò, ſed etiam ex Gallia, ac ſuperiore, inferioreque Germania, vt de Maronitis ſcriberem, & cùm tam varia tot Auctores de eorum origine, nomine, ac Religione tradiderint, vel potiùs coniectando, & quarè dubitando dixerint, ego certiùs aliquid & conteſtatiùs afferrem, Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ dilucidandæ non inutile; Non potui non audire Virorum ornatiſſimorum vota, quorum vel nutibus obſequi, honori duco. Habeant igitur ſibi hoc Opuſculum, & ex eo Maronitas agnoſcant. Plura, ſi Deus volet, poſteà ſcripturus, quæ ſi non alia re, certè nouitate ſua, ſpero ipſis, & tibi, beneuole Lector, fore gratiſſima. Deum Optimum Maximum interim precor, vt labor hic meus, ad maiorem Diuini ipſius nominis gloriam, totus ſit. Vale.



DISSERTATIO

De Origine, Nomine, ac Religione Maronitarum.





VÆ de Maronitarum Natione Syriam Mari noſtro Mediterraneo contermi-nam incolente diſcutiuntur, Authores adeò diuerſimodè recenſent, vt videantur de populis remotiſſimas Orbis partes, ac vltima propemodùm eius confinia obtinentibus differere. Certè de illis qui dicuntur in plaga Auſtrali non adhùc detecta degere, vix paria enarrarent. Sed quàm commentitia ſint eorum dicta, ipſamet Scriptorum inter ſe de eorum Origine, ac Religionis profeſſione diſſenſio, temporum, & ſæculorum varietas,

quibus huius gentis conuersionem contigisse memorant, diuersi generis, ac sæculi homines, qui Maronitis suam feruntur nauasse operam, ac desudasse in eorum inueniendis, ac expurgandis erroribus luculentissimè testantur.

1. VARIAE Authorũ de Maronitis opiniones.

Bernardus Lutzenburgius, [a] Gabriel Prateolus, [b] Boterus, [c] Iacobus Gualterius, & [d] Thomas Biatiensis, Maronitas aiunt fuisse Iacobitas, Eutychetis nimirùm, ac Dioscori asseclas.

[e] VVillielmus autem Archiepiscopus Tyri ait, Monothelitarum errore fuisse infectos, & ad Catholicam fidem accessisse an. 1182. quem secuti sunt Iacobus Cardinalis de Vitriac, Breindenbergius, Volaterranus, omnesque ferè recentiores, inter quos [f] Ioannes Cardinalis Bona.

[g] In Chronicis Sancti Francisci Authore Marco Episcopo Portuensi legitur fuisse passim hæreticos, & passim Idololatras, eorumque conuersionem accidisse anno 1450. opera cuiusdam Griphonis Belgæ eiusdem Religionis, qui post patratum in Sole miraculum, qui ex occasu eius precibus, retrogradus visus est in Orientem, montis Libani Gubernatorem, vnà cum

a *In Catalogo Hereticor.*
b *In suis relat.*
c *In Tabulis Chronograph.*
d *In tract. de procuran. sal. omnium gentium cap. 22.*
e *lib. 1. de bel. Sac. cap. 60.*
f *Lib. rerum Liturgic. cap. 9. n. 8.*
g *Lib. 3. p. 3.*

cum tota Natione, Baptiſmatis lauacro ſubiecit.

Quodque magis mirari ſubit, Dionyſius Petauius, vir ille in Eccleſiaſtica Hiſtoria tàm egregiè verſatus narrat, Maronitas olim Monophyſitarum, & Theopaſchitarum laboraſſe hæreſi, ideſt Hæreticorum eorum, qui naturam vnam profeſſi ſunt, & Diuinitatem aſſeruerunt eſſe paſſam. Nec omittendus nobis eſt Latinus Iohannis Damaſceni Interpres, qui Triſagij corruptelam ſic Maronitis propriam facit, vt Maronizare affirmet, qui ea vtitur. Quàm immeritò autem id ex Diuo Ioanne Damaſceno interpretetur, poſteà videre erit.

Lib. Theolog. Dogm. V. de Incarn. cap. 4. num. 4.

Franciſcus Ballarinus, & Pater Matthias de Corona Leodienſis Carmelita, aſſerunt permanſiſſe in hæreſi vſque ad Innocentium tertium anno 1215. Franciſcus tamen Berdinus ex Ordine Sancti Franciſci hoc eueniſſe ait Pōtificatu Leonis Decimi, & Flauius Cherubinus Maronitas anno 1582. Catholicam fidem amplexos fuiſſe affirmat, Alijque parùm conſideratè quidem in varia vagantur inſomnia, ac præſertim Antonius Ciappus,

In Epilogo S. cardine 44. Tract. Sanctitatis Eccleſiæ Romanæ. § de Maternit. S. R. E. lib. Antiq. & moder. Paleſtinæ. fol. 108. in Comp. Bul. Conſtit. 91. Greg. XIII.

 qui

qui in Vita Gregorij XIII. Natione hanc ex India ortam commemorat. Sed vt veritas de Maronitarum Religione, & origine clarius appareat, aliqua necesse est ex Orientalium delibare monumentis.

II. Maronitarũ nominis origo prima ab S. Marone Abbate, qui ipsos ab cæteris Syris lapsis in hæresim seiunctos in auita fide continuit.

Ante igitur, quàm Catholicum Syriæ Regnum in varias scinderetur sectas, ambigendum nequaquam est, omnes illius Incolas Syrorum nomine fuisse vocitatos: & qui ex Syris secuti sunt Macedonium, Macedoniani, qui Apollinarem, Apollinaristæ, qui Nestorium, Nestoriani, qui Eutychem, Eutychiani, qui Iacobũ, Iacobitæ dicti sunt. Et cùm totus ferè Oriens errare, & à fide Apostolica deficere quodammodò videretur, tùm ob Ethnicam prauitatem, tùm ob pestiferos insultus Macedonij, Apollinaris, aliorumque Hæresiarcharum, qui Nestorium, ac Eutychetem præcesserant, prouida Altissimi manus, malo tam imminenti peropportunam tribuit medelam Diui Maronis Abbatis opera. Is enim diuino afflatus spiritu, vt ait Theodoretus, collem quendam, qui ab Ethnicis superstitiosè colebatur, occupauit, & Fanum, quod ibi erat, consecrauit Deo, variosque

que Syriæ Incolas, non modò in auitâ Catholicæ fidei Religione, quam ab Apostolis susceperant, retinuit, verùm etiam innumeros ad Monasticam vitam adduxit, quod innuit idem Theodoretus, vbi Beati Maronis vitam describens, ait, *Nec solùm ægritudinibus corporis medebatur, sed congruentem etiam animis adhibebat curationem*. Et paulò inferiùs subdit: *Sic autem agriculturæ diuinæ curam gerens, & animas simul curans, & corpora, paruam passus ægritudinem, vt & naturæ imbecillitatem, & animi discamus fortitudinem, excessit è vita*. Quod etiam affirmat Ludouicus Iacobillus in eiusdem Beati Maronis vitâ, ac refert, *ipsum magis in animarum, quàm corporum curatione operam nauasse, ac præcipuè aduersùs pestiferum hæresum venenum*. Eòque eius fama peruenerat, vt S. Ioannes Chrysostomus illũ laudauerit, ac eius precibus se commendauerit, epistolâ ei ab exilio scriptâ, quæ extat num. 36. ad *Maronem Monachum & Presbyterum*. Ex quibus colligitur, tùm floruisse Beatum Maronem sub annum Christi 400. tùm à Deo Optimo Maximo Orienti singulari gratia concessum, vt inter medias hære-

In Relig. hist. cap. 16. 21. 24. 30.

 ses

ses illibatam Catholicam fidem assereret, ac seruaret.

III. Iacobus, Thalassius & Domnina primi Beati Maronis discipuli.

Discipulos virtutis suæ imitatores subdit Theodoretus, Maronem multos habuisse, inter quos Iacobum, & Thalassium miraculis, ac sanctitate illustres, quorum vitas seorsim describit. Inter fœminas etiam Domnina in maternæ domus hortulo Maronis disciplinam æmulari studuit. Laboribus tandem Maro consumptus optarat ante obitum in sepulcra deponi cum Viro Religiosissimo Zebina, cuius admiratus virtutes fuerat, Patremque, & Magistrum appellare solebat. Sed cùm post eius mortem acrè inter vicinos certamen de eius corpore motum esset, finitimi cuiusdam Vici Incolæ cæteris vi pulsis, sacrum thesaurum rapuerunt maximâ æde extructâ, ac celebri memoriâ illum honorantes, vt legitur in Menologio Græcorum die 14. Februarij. Eius itaque Discipuli, cùm per

IV. Prima Maronitarum Sedes Apamæam inter & Emessam.

totam Syriam varia erexissent Monasteria, illud præcipuè Apamæam inter, & Emessam prope Orontem fluuium sub Præceptoris sui nomine extruxerunt celeberrimum, & Maronis vestigia sectati

sunt

ſunt. Factum hinc eſt, vt qui ex Syris non erant adhuc hæreſum veneno infecti, & ad præfatos Monachos confluerent, ab alijs Nationibus hæreticis, Maronitæ nuncuparentur; quia videlicet Catholicam illam fidem, à qua nunquam deſciuerant, Sancti Maronis, eiuſque Monachorum opera, incorruptè conſeruauerant.

Hincque ſuum accepiſſe nomen Maronitas conſtat ex ipſiſmet Iacobitis, ac Monothelitis, & præcipuè ex Thoma Archiepiſcopo Kfartabenſi, qui Monophyſitarum religionem deſerens, Monotheliticam amplexus fuerat, decimum inter, & vndecimum ſæculum. Hic enim in libro decem propoſitionum, quam exarauerat aduerſus Iohannem Patriarcham Græcorum pro Monothelitis, loquens in quarta ſua propoſitione de diuiſione Religionis in Oriente, ſic ait: V. Maronitæ ſic dicti ab S. Marone.

قالوا اهل الشام نحن من حكم دير
مارون وكانت جملة رهبانه
ثمان مائة راهب ۞ وسموا موارنه
على اسم دير مارون ۞

Dixerunt Populi Syriæ, ſubiecti nos ſumus Monaſterio Maronis, in quo erant octingenti Monachi, & vocati ſunt Maronitæ ex nomine Monaſterij Maronis; quod etiam videtur affirmare Baronius in adnotationibus Martyrologij die 21. Octobris, in feſto Sancti Malchi eiuſdem Monaſterij Monachi, vbi ſic: *Compertum etenim habemus Maronē claruiſſe ſanctitate, fuiſſeque Monaſterium dictum S. Maronis in Syria, cuius Abbatis nomine Alexandri extant litteræ ad Hormiſdam Papam, & libellus oblatus Synodo, quæ recitantur in actione prima V. Synodi; eius itaque Monachi vocati ſunt Maronitæ, ſicut à Studio Studitæ, à Saba Sabaitæ, à Dio Dijtæ, & ab Abrahamo Abrahamitæ dicti reperiuntur; indè fortaſsè nomen Maronitarum prouenit.*

VI. Maronitæ an ſic appellati ab Maronea Viculo?

Non neſcio, Maronitarum nomen, à quibuſdam deriuatū eſſe à Maronea Viculo, citato à Cardinali Baronio loco ſuprà memorato in Vita Malchi Monachi, qui Maronita ex Maronea patria à Diuo Hieronymo in eius vita dictus eſt, atque Viculum illum, triginta ferè milliaribus, ab Antiochiâ Vrbe ad Orientem diſtare. Ego non ægrè crediderim, contuliſſe illius

lius Viculi Ciues ad hanc appellationem; cùm enim proximè abessent ab S. Marone Abbate, verisimile est, illos ad Sanctum Maronem Abbatem, disciplinæ causâ confluxisse, dictosque esse, tùm ab Oppidulo suo, tùm ab suo Magistro, Maronitas. Et Sanctus ille Maro fortaßè, si diuinare fas est, oriundus è Viculo illo erat, accepit ab eo nomen, & Maro dictus est per Antonomasiam, vt Damascenum dicimus Sanctum illum, & antiquum Theologum, qui libros de Orthodoxâ fide scripsit, & simpliciter Damascenum nominamus, tacito Iohannis, quo afficiebatur, nomine. Vt vt sit Maronitæ, qui originem suam, & Gentem cæteris certiùs norunt, & nosse debent, non alium Gentis suæ Auctorem agnoscunt, quàm Sanctissimum illum Abbatem Maronem, eiusque Monachos, ac discipulos.

VII. An dicti ab voce Syriaca Morio quasi Domino sint deuoti.

Admittent etiam Maronitæ lubentissimo animo Gabrielis Qlai coniecturam, qui in quâdam suâ Concione, Maronitas SS. illorum Virorum Sectatores, vult etiam hoc sibi nomen optasse; quod toti sint Dominici, idest Domino Deuoti, nam ܡܪܝܐ. *Mario*, Dominum si-

significat Syriacè, vnde ܡܪܘܢܝܐ *Moronoio* Domino consecratum. Verum id ab illo concionatoriè, dictũ magis est, quàm historicè.

Fidem autem Monachorum Monasterij Maronis, Catholicæ veritati semper consonã extitisse, deducitur ex eo, quòd cùm per Orientem eorum fama diffusa esset, meritò Catholicæ Religionis, aduersus insurgentes hæreses firmissima vocitarentur propugnacula, eorumque Monasteriũ, tamquam Princeps Monasteriorum Syriæ secundæ, ab omnibus haberetur, sicuti Quintæ Generalis Synodi acta declarant, vbi Paulus Diaconus, qui eidem Synodo interfuit, & Iohannes Presbyter, in epistolis Monachorum eiusdem Prouinciæ ad Iustinianũ Imperatorem, & ad Menam Patriarcham, quæ ibidem recitantur, *Monachi*, & *Ambasiatores* dicuntur *Monasterij Beati Maronis Primatis Monasteriorum Syriæ secundæ*, & pro omnibus Monasterijs eiusdem Syriæ subscribunt. Et in epistola Archimandritarum Syriæ secundæ ad Hormisdã Papam scriptam an. 517. subscribit primo omnium loco, *Alexander Archimandrita*, *seù Ab*

VIII. Maronitæ in Syria Catholicorum Antesignani.

bas

bas Sancti Maronis. Sicut etiam in libello Monachorum tractus Apamæensis ad secundæ Syriæ Episcopos, qui insertus est in eodem Concilio actione prima. Quò circà Hæreticorum furor aduersus præfatos Monachos adeò incaluit, vt multa illis temporibus passos esse ab Acephalis, Seuerianis, Eutychianis, necnon & à Petri Gnaffæi, idest Fullonis asseclis, qui in Trisagio Trinitatis, crucifixionem admittebant, constat ex trecentorum, & quinquaginta præfatorum Monachorũ Martyrio, quorum memoria legitur in Martyrologio Baronij die 31. Iulij.

IX. Multa patiuntur ab Hæreticis Monophysitis.

Extat de eorum nece libellus vigintiquatuor Archimandritarũ ad Hormisdam Romanum Pontificem, prout habetur in primo tomo Epistolarum Decretalium, vbi sic: *Quoniam verò Christus Deus noster, Principem Pastorum, & Doctorem, & Medicum animarum constituit Vos, & vestrum Sanctum Angelum; dignum est, passiones, quæ nobis contigerunt, exponere, & immisericordes ostendere Lupos, qui dissipant gregem Christi. Qui autem sint isti, & qui os aduersus armarunt, audistis. Itaque, Beatissime, Seuerus ille, & Petrus, qui nun-*

quam

quam in Christiano numero reputati sunt, qui per singulos dies Sanctam Chalcedonensem Synodum, Sanctissimum, & Beatissimum Patrem nostrum Leonem publico anathemate impetentes, qui iudicium Dei nihil æstimantes, &colendos Canones Sanctorũ Patrum conculcantes, Episcopos quidẽ principali potentia facientes exhiberi, & nos cogentes illudere prædictam Sanctam Synodum supplicijs inæstimabilibus affligentes; euntibus nobis ad mandram Domini Simeonis pro causa Ecclesiæ, insidiati sunt nobis in itinere perditi, coinquinati, & superuenientes occiderunt ex nobis 350. quosdam autem vulnerauerunt, alios verò, qui potuerant ad colenda Altaria fugere, ibidem peremerunt, & Monasteria incenderunt. Et in supplicatione eorundem Monachorum ad Iohannem Patriarcham Constantinopolitanũ, & ad Quintam Generalem Synodum aiunt: *Dirum enim spectaculum fuerunt iacentes Viri, qui religiosis certaminibus, vsque ad canitiem certauerunt, nudi, & insepulti iactati vltrà trecentos existentes ex secunda Syrorum Prouincia nati, canibus, & auibus lacerandi proiecti.* Et in alio libello præfatorum ad Menam Patriarcham

hæc

hæc leguntur: *Et eorum canitiem non veriti, opus gladij in ipsos fecerunt, circa trecentos quinquaginta numero existentes, eorumque membra instrata disperserunt*. Quæ omnia habentur in prima actione Quintæ Generalis Synodi.

Cùm igitur admiranda pro Catholicâ Religione horum Monachorum Maronitarum facinora in dies magis, ac magis elucerent, & quæ aspera in fide, ac difficilia videbantur, eximij illi Viri doctrina sua plana facerent, & summâ curâ edocerent; ea fuit illorum fama, vt Syri Christiani, qui nunquam à recto tramite desciuerant, & fidem illam, quã ab Apostolis, ad illa vsq; tempora retinuerant, ad præfatos Monachos, tanquam ad Præceptores confluerent. Atque id cùm probatur ex superiore loco ex Thomæ Kfartabensis decem propositionibus adducto; tùm hinc etiam ostenditur, dum Syria tot hæresum turmis dilaniata penitùs videretur, Catholica Religio per ipsos visa sit inconcussè seruata. Innuit Hormisdas Summus Pontifex eâ in epistolâ, quâ respondet ad præfatos Monachos, illosque commendat, & solatur de ijs, quæ passi fue-

fuerant, ait enim: *Benedixi Deum fidē militum suorum inter aduersa seruantem*. Hi

X. Maronitarū pro tuenda fide Catholica studium.

itaque tanquam Catholicæ fidei Antesignani, vt eandem mordicùs tuerentur, varias miserunt expeditiones, Romam, Constantinopolim, perque Vniuersam Syriam secundam, quibus Summum Pontificem Hormisdam, Menam Patriarcham, Iustinianum Imperatorem, & omnes præfatæ Syriæ Episcopos, enixè rogabant, vt vnà simul aduersùs insurgentes hæreses se opponerent, vt in primo Tomo Decretalium in epistola eorundem Monachorum ad Hormisdam, in qua sic habetur: *Deprecamur ergo, Beatissime, supplicantes & rogantes, vt exurgatis cum feruore, & zelo, & condoleatis iustè pro corpore dilaniato, nam Caput estis omnium, & vindicetis fidem contemptam, Canones conculcatos, Patres blasphematos, & talem Synodum* (hoc est Chalcedonensem) *anathemate impetitam*.

XI. Confugiunt ad Papam tanquam ad fidei Magistrū, & Ecclesiæ Caput.

Et in libello Monachorum ad Menam Patriarcham Constantinopolitanū, in quo subscriptus est Theodorus Prior Monasterij Maronis, illum sic exstimulant, & hortantur: *Et erat quippe nobis per votum propriæ promissioni*

va-

vacantibus huic soli attendere, & à nemine eorum, qui exterius circumsistunt, dilaniari. Verùm quia Dæmon, qui bonum odit hominum, bonum semper inuidens, organa propria inueniens, Seuerum scilicet, & Petrum, per ipsos pacem Sanctarum Dei Ecclesiarum perturbare non cessat. Et paulò post: *Hi enim tanquam parua putantes ea, quæ ab ipsis iam præsumpta fuera, totum Orientem perturbarunt, & humano sanguine Sanctorum, & cæterorum Virorum se coinquinantes, elaborant omninò, & hanc Regiam Vrbem huiusmodi malis inuoluere; si præualebunt.* Et post enarratas vexationes, commemorationem factam, vt aiunt, violentiarum, iugulationum, insidiarum, ac rapinarum Monasteriorum, addunt: *Videntibus itaque nos hos ità impudenter, & cum audacia agere, & Vos pro cautione omnium fidelium nihil in oppositum ponere.* Et inferiùs: *Hoc rogamus Vos, imò verò, & adiuramus (quã-quam præsumptuosum quid faciamus) per magnum Deum, & Saluatorem nostrum Iesum Christum, & per salutem, & victoriam piissimi, & Christianissimi Imperatoris nostri, à Deo propter rectam fidem dilecti, vt nos sequentes sententiam Sancti, & Apostolici Viri Ar-*

Archiepiscopi antiquæ Romæ, & eos, qui huius Regiæ Vrbis Pontificalem Sedem ornauerunt, ac Beatos Patriarchas Theopoleos, & Hierosolymorum, cæterosque Pontifices, primùm quidem condemnationi aduersùs ipsos Hæreticos à prædictis Sanctis Viris prolatæ, & anathemati modò, sicut & antè & Vos subijciatis Seuerũ, & Petrum quilibet Vestrum nominatim corã Deo, & hominibus, manifestando, & anathematizando eos, qui similia istis sapiunt, & non pœnitent, sed in illorum errore permanent, atque etiam impia Seueri dogmata, & conscripta, & qui ea suscipiunt, nec non & istorum consentaneos, quemadmodum in Nestorio, & Eutychete, & Dioscoro, cæterisque Hæreticis facere consueuistis, tradendo populis, ac ipsos docendo, vbique auertere illorũ mortiferum venenũ, statimque vnà nobiscum ad pedes pijssimi, ac à Deo custoditi Imperatoris nostri currere velitis, & ipsius pietatem edocere omnia quidem, quæ sequuta sunt, ipsiusque mansuetudinem exorare, vt illa faciat, quæ sua diuina, & à Christo amata anima, naturaliter facere solet pro pace Sanctarum Dei Ecclesiarum, & vt ipsius à Deo custoditum Imperium inconcitatum, & imperturbatum custodiat, & eos qui à nobis de-

denominati sunt, & qui similia istis sapiunt, de hac Ciuitate expellere, & cessare faciat conuenticula, quæ fiunt, & Parabaptismata, & turbationes. Insuper etiam & Zoaram Syrum quendam irrationabilem eiusdem vomiti veneni, cum ipsis existentem.

Legitur etiam in eâdem primâ actione libellus Monachorum, Monasteriorumque secundæ Syriæ, porrectus Iustiniano Imperatori, quem supplicant, vt suscipiat libellum, ab illis oblatum Menæ Patriarchæ Constantinopolitano contrà deuastantes Sanctam Dei Ecclesiam, videlicet Seuerum, Petrum, & Zoaram Syrum; cui libello subscriptus est *Paulus Diaconus, & Ambasiator Monasterij Beati Maronis principalis venerabilium Monasteriorum secundæ Syriæ.*

Cùm igitur præfata Synodus anathemate percussisset Seuerum, & Petrum Gnaffæum, enixè curarunt Monachi, vt tota Syria Synodi decretis obtemperaret; quare libellum miserunt ad proprios Episcopos, cui (vt legitur in præfatâ primâ actione) subscriptus est primo loco *Alexander Presbyter, & Archimandrita Monasterij Beati Maronis*, vbi sic: *Quare sup-*

plicamus, ac rogamus vestram Beatitudinem, vt respicientes ad verum Verbum, cui seruitis, & ad memorabile Orthodoxi propositum Pijssimi Imperatoris nostri, & maximarum Potestatum, sequamini sancta Beatiss. Patriarchæ, & Sancta gesta Synodi, cum ipso congregatæ, & consentiatis iustæ depositioni factæ contra Seuerum Hæresiarcham, & deponere velitis Petrum, quem nominando meritò erubescimus.

XII. Instauratur Monophysitarum hæresis auctore Iacobo Zanzalo Albaradaio; ab quo prognati sunt Iacobitæ.

Indefessis itaque pro Catholicâ Religione Monachorum Maronitarum laboribus, cùm Dei Ecclesia ob depressos ferè Seueri, Acephalorumque errores sedata aliquantulùm in Syriâ videretur, breues post inducias, vt ait [a] Nicephorus Calixtus, nouũ ex Inferis monstrum erupit, nomine Iacobus, genere Syrus, Imperante Mauritio, vt testatur [b] Prateolus circà annum Domini 584. obscurus prorsùs, & nullâ gloriâ Vir, qui etiam Zanzalus propter summam tenuitatem, imò ab Orientalibus Iacobus Albaradaius vocitatur, vti notat [c] Eutychius Alexandrinus his verbis: *Porrò fuit Seuero discipulus, nomine Iacobus, cui amictus erat è segminibus Albaradei, seù Dorsalium, quæ iumentis in-*

a *In hist. Eccles. lib.* 18. *cap.* 23.
b *In Catalogo Hæretic.*
c *To.* 2. *Annalium.*

insterni solent consutis, vnde cognomen Albaradiensis accepit. Hic enim aiebat, vti refert idem Nicephorus, *vnam naturam, duas autem subsistentias per summam impietatem in Christo esse*, hoc est, Naturas in Christo duas, etsi post vnionem in vnam conuenisse asserat, sic affirmat vnitas, vt sint omninò inconfusæ, & quamuis videretur per præfatum Iacobum denuò suscitata hæresis Eutychetis, hunc tamen ab eo execretur in sua Catechesi, quia Naturas permiscuit, & confudit, & ista cum Iacobo Zanzalo, ac Dioscoro opinantes, à Patribus vocati sunt Monophysitæ, vt notat ibidem idem Nicephorus capite 26.

lib. 18. cap. 45.

XIII. Iacobitarum hæresis in quo posita.

Ad contundendam itaque præfati Hæresiarchæ Iacobi, eiusque assectarum nimiã proteruiam, surrexit ex eodẽ Monasterio B. Maronis, Iohannes Monachus, qui ob eius in Hæreticos egregia facinora cognominatus est alter Maro ex nomine Monasterij, vt colligitur ex titulo Arabicæ Paraphrasis præfationis præfixo controuersijs eiusdem aduersùs Hæreticos Orientales.

XIV. Nouos Monophysitas impugnant Maronitæ Duce altero Marone, cui nomen primùm Iohannes fuit. Is Patriarcha Antiochen. erat, & Vir Sanctus.

اعتقاد البيعة الرسوليه الذى كتبه
القديس يوحنا بطرك انطاكيه فى دير
مارمارون على نهر العاصى بلاد حما
وحمص واورد ذلك الى جبل لبنان
ولاجل هذا يسموا اهل الجبل موارنه
على اسم الدير مارون ويسما يوحنا
المذكور مارون هو ايضا الى اسم الدير ۞

Hoc eſt: *Profeſſio fidei Eccleſiæ Apoſtolicæ, quam conſcripſit Sanctus Ioannes Patriarcha Antiochenus in Monaſterio Maronis propè flumen Orontem Regionis Apameæ, & Emeſſæ; miſitque in Montem Libanũ, vndè cognominati ſunt Incolæ prædicti Montis, Maronitæ, ex nomine Monaſterij; cognominatus quoque eſt præfatus Ioannes, Maro, item ex nomine Monaſterij.*

XV. Maronitæ dicti aliquādo Maronini, & quare.

Hic enim, & ſcriptis, & concionibus, ac diſputationibus Iacobitarum odium ita in ſe concitauit, vt ab illis in deriſum vocatus fuerit موديرين hoc eſt Maroninus, vt videre eſt in eorum Catecheſi, vbi in deſcriptione inſectationum Imperato-

rum

rũ aduersùs Iacobitas, pro confirmatione Statutorũ Concilij Chalcedonen. legitur:

فارتفع مع الملك موريين وابن اخته
برايهين مع الملك ۞

Insurrexit cum Imperatore Maroninus, vnà cum Abrahamino eius ex sorore nepote. Ideòque contumeliosè vocabantur Maronitæ ab Hæreticis *Maronini*, quo vocabulo illos appellat Ayto Armenus in Historia Orientali cap. 14.

XVI. Iohannes Maro à multis Hæreticorũ numero adscribitur; ducti auctoritate VVillielmi Tyrij. *lib. 22. belli Sac. cap. 8.*

Nonnulli hìc insurgunt Authores, ac præcipuè Recentiores, asserentes hunc Maronem fuisse Hæreticum Monothelitam, à quo Maronitarum Natio denominata sit, valido, vt ipsis videtur, suffulti fundamento, authoritate nimirùm VVillielmi Archiepiscopi Tyrij, qui tanquam testis oculatus sic ait: *Intereà dum Regnum pace, vt diximus, gauderet temporali, Natio quędam Syrorum in Phænice Prouincia, circà iuga Libani, iuxtà Vrbem Biblensium habitans, plurima circà sui status passa est mutationem: nam cùm per annos ferè quingentos cuiusdam Maronis Hæresiarchæ errorem fuissent secuti, itaut ab eo di-*

dicerentur Maronitæ, & ab Ecclesia fidelium sequestrati, seorsim Sacramenta conficerent sua, diuina inspiratione ad cor redeuntes, languore deposito, ad Patriarcham Antiochenum Haimericum, qui tertius Latinorum nunc eidem præest Ecclesiæ, accesserunt, & abiurato errore, quo diù periculosè nimis detenti fuerant, ad vnitatem Ecclesiæ Catholicæ reuersi sunt, fidem Orthodoxam suscipientes, parati Romanæ Ecclesiæ traditiones cum omni veneratione amplecti, & obseruare. Erat autem huius populi turba non modica, sed quadraginta millium dicebatur excedere quantitatem, qui per Bibliensem, Botriensem, & Tripolitanum Episcopatus Iuga Libani, & montis deuexa, vt prædiximus, inhabitabant; erantque Viri fortes, & in armis strenui, nostris in maioribus negotijs, quæ cum hostibus habebant frequentissima, valdè vtiles, vndè & de eorum conuersione ad fidei sinceritatem, maxima nostris accessit lætitia. Maronis autem error, & sequacium est, & fuit, sicut ex sexta Synodo legitur, quæ contrà eos lata esse dignoscitur; Et in qua damnationis sententiam pertulerunt, quòd in Domino nostro Iesu Christo vna tantùm sit, & fuerit ab initio voluntas, & operatio. Cui articulo ab Or-

tho-

thodoxorum Ecclesia reprobato, multa alia, perniciosa nimis, postquam à coetu fidelium segregati sunt, adiecerunt. Super quibus omnibus ducti poenitudine, vt prædiximus, ad Ecclesiam redierunt Catholicam, vnà cum Patriarcha suo, & Episcopis nonnullis, qui eos sicut prius in impietate præcesserant; ita ut ad veritatem redeuntibus pium ducatum præstiterint. Ex quo textu desumpsit Frãciscus Ballarinus, Maronitas eadem cum Honorio sensisse; ideòque ipsosmet in sextâ Generali Synodo Epistolas Honorij, de quibus suprà locuti sumus, exhibuisse. *In Epil. Sac. cardine 28.*

Hæc igitur VVillielmi adeò valet apud Scriptores Authoritas, vt quamquam varias patiatur difficultates, illi tamen contradicere erroneum, ab eâque recedere, ab omnibus planè temerariũ videatur. Verùm difficultates, quas præfatus VVillielmi textus præfert, facilè agnouissent Recentiores solui posse, si accuratiùs, vti par erat, illum fuissent perscrutati, eamque in illo discutiendo adhibuissent diligentiam, quâ vsi sunt in peruidendis aliorum Orientalium Codicibus. Ego sic existimo, futuros à nobis tùm Ioannem Morinum, in tractatu de Sacris Ec-

clesiæ Ordinationibus, tùm Ioannem Cardinalem Bonam in Epistola ad Ioannem Mabillonium, & nouissimè Anonymum eruditum, qui se tribus his litteris indicauit R. S. P. in notis ad cap. 20. itineris ad Montem Libanũ Patris Hieronymi Dandini, si Ioannem Maronem penitiùs inspexissent, nequè tantùm VVillielmo Tyrio fuisse delaturos.

XVII. VVillielmus Ducem cœcũ sequutus Eutychium Alexandrinũ in errorem lapsus est.

Fateor VVillielmum illum, Authorem esse in conscribendis suis Historijs satis accuratum; at verò plura decerpsit ex Annalibus Said Ebn Batriq, qui est Eutychius Alexãdrinus, vt ipsemet VVillielmus fatetur in præfatione suorũ Operum, vbi sic: *Arabica exemplaria ministrante aliam Historiã à tempore seductoris Maumeth vsque in hunc annum, qui est nobis ab Incarnatione Domini* 1184. *per annos quingentos septuaginta decurrentem conscripsimus, Authorem maximè secuti Virum Venerabilem Seith filium Patritij Alexandrinum Patriarcham.* Quò fit, vt in multis deceptus sit à præfato Annalium Authore, ideòque necesse est oculatum Virum, non statim ijs omnibus, quæ scribit, habere fidem, sed falsa quædam, à veris multis, secernere.

Flo-

Floruit Eutychius inter nonum, ac decimum ſęculum, vti colligit Ioannes Seldenus ex varijs Arabum Codicibus in vitâ, quã de illo conſcribit, quæ præfixa eſt ijſdem Annalibus Arabico-Latinis Oxoniæ impreſſis, Edwardo Prochokio Interprete; aiuntque Alexandriæ obijſſe, vbi erat Patriarcha anno Hegiræ Turcarum 328. cui reſpondet annus circiter Chriſti 939. poſtquam annos 63. aut circiter vixiſſet. De fide eorum, quæ narrat Eutychius in ſuis Annalibus, ſic habet in præfatione ipſemet Prochokius eorundẽ Interpres: *Si in antiqua Hiſtoria multa habeat fabuloſa cum pluribus (penè dixeram, omnibus, qui eam tractant) illud ipſi commune. Si in rebus Europæorum geſtis aliqua ſecùs narret, quàm noſtri, minimè mirabitur, qui quàm dubia fide Orientalium Hiſtorias tradant noſtri, perpenderit.* Et poſt pauca ſubdit: *In Hiſtorijs è libris Sacris petitis, vbi minùs rectè enunciat, verſionibus, atque exemplaribus, quibus vſus eſt minùs accuratis, id imputauerim.* At verò in rebus, non tantùm Europæorum, & in Hiſtorijs ſacris, quamplurima nequaquã accuratè recenſet, verùm etiã in ipſiſmet Orien-

XVII. Eutychio cautè fides habenda, errat enim in multis.

entalium Historijs varia afferit, quæ à veritate multùm aberrant, quod perscrutari libet ex vnicâ tantùm periochâ, vbi incipit de Maronitis differere Tomo II. præfatorum Annalium Oxoniæ impressorũ; qui textus duobus alijs correspondet Codicibus, extantibus, alteri in Monte Libano apud Nader Abù Naufel Principem Agialtonis Maronitam, & alteri Romæ in Bibliotheca S. Petri de Monte Aureo Religionis Sancti Francisci, hæc sunt Eutychij verba, prout extant in textu Arabico: *Fuit tempore Mauritij Imperatoris Romanorum, Monachus quidam nomine Maron, qui asseruit Domino nostro Iesu Christo duas esse naturas, & voluntatem vnam, operationem, & personam vnam, fidemque hominum corrupit. Maxima autem eorum, qui doctrinam ipsius amplexi, & se discipulos illi præbentes eandem professi sunt, pars, erant Incolæ Vrbis Hhamah, & Kennesrin & Awasem, cum Romanorum,* (hoc est Græcorũ qui sub Romano erãt Imperio) *nonnullis, appellatique sunt eius asseclæ, qui idem cum ipso assererent, Maronitæ, nomine ab ipso Marone deducto, mortuoque ipso, Monasterium ibi extruxerunt, & vocarunt Monasterium*

XIX. Eutychij manifestissimus error, cùm scribit de Maronitis.

rium Maronis, eiusque fidem professi sunt.

Commentitia hæc enarratio quàm falsa sit, patet ex eò, quòd nequè sub Mauritij Imperio, nequè sub Phocæ, qui proximè Mauritium secutus est, error de vnicâ tantùm voluntate, & operatione in Christo Domino ortum adhùc habuerat; sed Heraclio dumtaxat imperante, vt omnium eruditorum testimonijs, & ipsâ Conciliorum fide palàm est. Hic autem mirari non possum satis, quomodo Vir eruditissimus R. S. P. in notis ad cap. 19. quas relationi Patris Hieronymi Dandini de ipsius ad Montem Libanum peregrinatione addidit, non agnouerit statim Eutychij Patriarchæ Alexandrini indoctissimam hanc de Marone, & Maronitis narrationem; qui Maronem Monothelitam inducit Mauritij Imperatoris ætate, cùm, vt diximus, nondùm enata Monothelitarũ hæresis esset. Neque Monasterium, de quo Eutychius loquitur, fuit ibi extructum post obitum huius Maronis; quippequòd iam stabat centum ferè antè annis, eratque Diuo Maroni Abbati dicatum, vti monuimus, quod etiã colligitur ex Procopio Cæsariensi, qui lib. 5. va-

XX. Ioan. Maro Author Monothelismi dici meritò non potest.

varia Iuſtiniani Imperatoris ædificia deſcribens, ac præcipuè illa Phœniciæ, ait: *Supra Apamæam* (quæ eſt Hhamah) *pauperum hoſpitium Sancti Romani reparauit, & mœnia Beati Maronis.* Certum eſt Iuſtinianum antè Mauritium extitiſſe, ille enim regnauit ſub annum 527. & Mauritius ſub 586. & dùm præfatus Author inquit Iuſtinianũ reædificaſſe mœnia Beati Maronis, argumentum euidens eſt, illud Monaſteriũ iam antiquiſſimum fuiſſe, cùm tunc temporis fuerit inſtaurandum.

Hæc confirmantur ex actis ſuperiùs citatis V. generalis Synodi anno 553. initæ ſub Imperio eiuſdẽ Iuſtiniani, vbi interfuerunt Legati Monaſterij S. Maronis, eratque celeberrimũ, & Caput Monaſteriorum totius Syriæ ſecundæ, vt eiuſdem Synodi acta declarant; imò hunc Maronem oſtendimus fuiſſe Monachum ipſiuſmet Monaſterij, de quo agitur, vbi proprio nomini, quod erat Ioannes, nomen Maronis ſuperinduxit, accepitque ex nomine Monaſterij Beati Maronis Abbatis.

His non contentus Eutychius, ſubdit, in Califatu Omari Ebnil Chetabi, Maronem fuiſſe Authorem, & Caput hæ-

Tomo 2. Annalium.

re-

resis Monothelitarũ, vbi ſic legitur: *Poſt ipſius verò fugam conſtitutus eſt Cyrus Patriarcha Alexandrinus, qui Maronita fuit, eiuſdem cum Heraclio Religionis.* Et paulò inferiùs: *Aſſeruit Cyrus, eſſe Domino noſtro Christo naturas duas, voluntatem vnam, perſonam vnam, quæ eſt Maronis ſententia.*

Item eodem Tomo II. in Califatu Othmani Ebn Affani hæc habentur: *Anno Califatus eiuſdem* 10. *factus eſt Macarius Patriarcha Antiochenus, qui & Maronita fuit.* Et ibidem anno Califatus eiuſdem 4. creatus eſt Petrus Patriarcha Alexandrinus: Maronita fuit; & paſſim alibì Heraclium, nèc non alios Imperatores Monothelitas, vnà cum Sergio Patriarcha Conſtantinopolitano nominat Maronitas, quia Maronis adhærebant ſententiæ. Quâ fide autem Eutychius afferat Maronem Authorem fuiſſe, & Caput Monothelitarum hæreſis, ſatis omnes intelligunt, qui Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ, vel limina ſalutarunt; Nemo enim eſt præter ipſum, qui id affirmet, vel ex Hiſtoricis, vel ex Sanctis Patribus. Repugnant Oecumenicis Concilijs, quæ nullum de Marone verbum faciunt; cùm Monothelitarum

XXI. Nullo idoneo teſte probari poteſt, Ioannem Maronem, & Maronitas, Monothelitas fuiſſe.

rum Principes de nomine appellant. Sexta Generalis Synodus actione 13. nominat tantùm, atque anathemati subijcit Sergium, Cyrum, Pyrrhum, Petrum, & Paulum, nec non Theodorũ Pharanitam, & Honorium Papam Romanum, imò in Lateranensi Concil. sub Martino Summo Pontifice consult. 3. legitur, Theodorum Pharanitam fuisse huius Hæresis Authorem, nihilque de Marone inuenitur.

Eodem Eutychij Tomo II. rursùs producta legitur Epistola Iohannis Summi Pontificis ad Heraclium, & Constantinum Imperatores, vbi Pontificem illum de principio huius Hæresis sic loquentem introducit: *Initium ipsius sic se habet, quòd ante annos circiter octodecim dicatur Cyrus Patriarcha Alexandrinus Maronis sententiam amplexus, videlicet Domino nostro Christo esse naturas duas, voluntatem vnam, atque operationem vnam.* Et inferiùs post Nestorij sententiæ damnationem subdit: *Qui autem asserunt duas esse naturas, & voluntatem vnam Diuinitati Christi, & Humanitati ipsius, necnon operationem vnam, errant illi instar Maronis maledicti.* Quæ omnia quam fictitia sint, facilè colligitur

ex

ex ipsâmet Iohannis Papæ Epistolâ, quæ legitur, tam in Codicibus Conciliorum Arabicis, quàm in Collectaneis Anastasij Bibliothecarij, & citatur à Baronio, ac Bellarmino, vbi Summus hìc Pontifex nunquam hæc de Marone somniauit, & in eâ nusquam nominatur.

Atque hæc cùm ita sint non debuit VVillielmus Tyrius tanti Eutychium facere, eratque satiùs, vt primæ notę Authoribus, & Conciliorum testimonijs adhæreret, & si vellet Orientalium Codices sectari, seligeret probatiores.

Iam tantùm abest vt Hæresiarcha, vel Hæreticus noster hic Maro fuerit, vt commendetur maximè à varijs Scriptoribus eius sanctimonia. Iohannes Ceuerius de Vera, qui multa de rebus Orientalibus perscrutatus est, ait, *Maronitas, propter diuersitatem Religionum, quæ in Syria vigebant, petijsse à Romano Pontifice, vt eis proprium præficeret Patriarcham, quorum petitionibus annuens Summus Pontifex, Patriarchali dignitate Maronem insigniuit, qui tunc temporis Romam peruenerat, illumque misit ad Maronitas, qui sanctissimè vixit; ex quo tempore Maronitæ proprium sem-*

XXII. **Iohannes Maro Sâctimoniæ laude claruit.** *In itinerario Hierosolimitano. Cap. 27.*

per

per sibi elegerunt Patriarcham. Hæc autem accidisse aiunt Orientalium Historiæ in Pontificatu Honorij Primi, proùt legitur in Historia Arabica, quam Latinè refert Quaresmius vbi sic: *Et profectus Tripolis Syriæ Ciuitatē, ibi offendit Nuntium Papæ Honorij; cùmq; Nuntius aduentum Maronis intellexisset, illum accersiuit, vt de illius fide periculū faceret, ad quem cùm accessisset, & propositis appositè respondisset, in fide, & professione sua apprimè versatum inuentum, secùm Romam duxit. Romam cùm peruenisset, propter Maronem fuit ibi Concilium congregatum, in quo Maronis fide examinata, vera inuenta fuit; tunc Pontifex illum Antiochiæ Patriarcham ordinauit, Mithram in capite eius posuit, in manu Pastorale, & in digito Annulum, habitu Patriarchali indutus venit Antiochiam, ibique Hæreses à Macario disseminatas auulsit, & illi adhæserunt Iacobitæ ibidèm existentes, qui confessi sunt in Christo duas naturas, ac duas voluntates.* Et subdit: *Ex Antiochia posteà cum suis asseclis ad Montem Libanum profectus est, vbi Pontificia authoritate Crucem suam erexit, & populus, qui ibi inuentus fuit, illum cum ingenti gaudio, celebrique applausu excepit.*

lib. dilucidationis Terræ Sanctæ Cap. 37.

XXIII. Constituitur à Romano Pontifice Antiochenus Patriarcha, varijsque donis cohonestatur.

Con-

Confirmatur hæc Historia ex alio Codice, quem ipsemet vidi in Syria penès Ioannem Risium Archipresbyterum Ciuitatis Beryti, in quo hæc habentur:

توجه مع قاصد البابا الى روميه وقبله
البابا الذى كان اونوريوس ولاجل
امانته الارتودوكسيه رسمه بطرك
انطاكيه وارسله الى بلاد سوريه
فقبلوه بفرحٍ عظيمٍ اهل جبل لبنان
وفى انطاكيه وفى طرابلوس الشام
تبعوه بعض من اليعاقبه وثبتوا فى
سيدنا يسوع المسيح طبيعتين
ومشيئتين ۞

Profectus est cum Legato Papæ Romam, illumque excepit Pontifex, qui erat Honorius, & propter eius fidem Orthodoxam, illum Antiochiæ Patriarcham creauit, eumque misit in Syriam, quem gaudio magno populi Montis Libani exceperunt; & Antiochiæ, & Tripolis Syriæ aliqui ex Iacobitis eum secuti sunt, ac in Christo Domino nostro Iesu Christo duas

naturas, ac duas voluntates professi sunt. Quid hoc luculentiùs de Honorij, ac Maronis rectissimâ fide? cuius fama cùm peruenisset Constantinopolim, Heraclius, qui tunc temporis regebat Imperium, varia ei obtulit munera, ac præsertim florem Imperij, petijtque ab eo, vt ei mitteret Constantinopolim tres doctos, ac prudentes Viros: quâ de causâ Iacobitarum odium in Maronem eò magis concitatum est, vt legitur in præfata Historia.

XXIV. **Magno illum in honore habuit Heraclius Imperator nondū Monothelita.**

وسمع به ملك اسطنبول وبعث له زهرا
ملوكيه وطلب منه ثلاث رجال علما
ومحتشمين ولاجل ذلك وقعت الحسده
عليه من الشعب المفترى وكتبوا فيه
لبطرك القدس كذب وبغض انه دخل
الى رعيته بغير امره وليس استعملهم
عليه لانه كان سمع من قدوسيته
وازدت بهم الحسده وصاروا يطردون
لمارون فى الجسد وخلصه الله منهم فى
كل حياته ومات قديس وقبر فى كفرحى ۞

Eius

Eius fama peruenit Constantinopolim ad Imperatorem, qui ei misit florem Imperij, & petijt ab eo, vt mitteret ei tres Viros doctos, ac prudentes. Quapropter populus Schismaticus, inuidia percitus, eum antè Hierosolymorum Patriarcham dolosè, ac falsò accusarunt dicentem, authoritatem vsurpasse Maronem in sua Diocæsi absquè eius licentia, quos Patriarcha noluit audire, quia nota ei erat eius sanctitas. Quare eorum odium magis inualuit; & cæperunt illum vexare in corpore, at Deus semper eum liberauit, mortuus est Sanctus, & sepultus est in Kfarhhai, quod est Oppidum in Libano non valdè distans ab Vrbe Bibliensi.

Hæc de doctrinâ Maronis existimatio singularis, & tanta animi propensio in ipsum, tam Summi Romani Pontificis, quàm Imperatoris tunc Catholici, cæterorumque Patriarcharũ Orthodoxorum, quorum sensibus Imperator adhærebat, Iacobitarum odium adeò incitauit aduersùs Honorium, Heraclium, Cyrum, qui posteà Patriarcha Alexandrinus extitit, & Sergium Patriarcham Constantinopolitanum, qui omnes tunc habebantur Catholici, cùm duas in Christo Domi- **XXV. Odia Hæreticorum in Ioannem Maronem.**

no naturas profiterentur, & reciperent Chalcedonenfem Synodũ, vt illos omnes appellauerint *Maronitas*, etiam antequã Monothelitarum hæresis erupisset. Nimirùm tunc Maronitarum nomen Catholici nominis videbatur (vt sic loquar) indicatiuum fuisse, quod colligo ex ipsomet Eutychio ibidem, vbi sic de Imperatore Heraclio: *Anno nono Imperij eiusdem, qui & Hegyræ nonus, Constantinopoli egressus est Heraclius, Hierosolyma tendebat, quo videret, quid in ipsa deuastassent Persæ, vt autem Hemsum* (hoc est Emessam) *peruenisset, noluerunt eius incolæ ipsum recipere, dicentes ipsi, Maronita tu es, ac Religionis nostræ aduersarius, illis ergo relictis ad Monasterium Maronis abijt, in quo, qui erant Monachi egressi obuiam ipsi profecti sunt, fuit autem Heraclius Maronita, multasque illis opes contulit, agro etiam donato Monasterio, adeò vt prospere se haberent res eorum.*

XXVI. Catholicis Maronitarũ nomen impositum, quo distinguerentur ab Hæreticis.

Erant eã ætate Emessæ ciues ad partem maximam, ne dicam omnes, Acephalorum, & Monophysitarum infecti erroribus, quos vbique sparserat cum suis asseclis Seuerus Patriarcha Antiochiæ, hi Heraclium, cum nondum esset, vel

Mo-

Monothelitarum nomen, eiecerunt à se, vt Maronitam, suis erroribus aduersantem, idest, vt Catholicum zelo ardentem, & duarum in Christo naturarum eximium defensorem; is ad Maronitas perrexit, vti ad suos, qui præclarè secùm de fide sentirent, nequè enim tunc temporis inciderat Heraclius in Monothelitarum Hæresim, cùm bellum Persis inferret, imò *quoniam Catholicus erat*, ait Scoglius in suâ Chronologiâ, & cum illo cæteri Authores: *A Deo protectus, Persas magnis cladibus affecit, & lignum Sanctæ Crucis recuperauit.*

Hæc confirmantur ex ijs, quæ ibidem leguntur de Imperatore Constantino Pogonato, qui acerrimè insectatus est Monothelitas, egitque cum Dono Summo Pontifice, deindè cum Agathone eius successore de Oecumenico Concilio Constantinopolitano cogendo præsidentibus Apostolicis Legatis, in quo anathematis mucrone percussi sunt Monothelitæ; hunc igitur Imperatorem Orthodoxæ Religionis amantissimũ Eutychius ibidem vocat Maronitam, vt habetur in Codice peruetusto, cuius mihi copiam fecit

Vir in Maronitis noſtris facilè Princeps Abù Naufel Nader Chazen, etſi fatear, in quibuſdam non reperiri, vndè quoquè efficitur, quod aiebam, præfatum Maronitarum nomen, Catholici nominis tunc fuiſſe indicatiuum, & quamuis Sergius, ac Cyrus in Monothelitarum Hæreſim poſteà inciderint, eodemque retento nomine ab Eutychio, Maronitæ vocitentur, hoc eo prorsùs modo euenit, quo idem Sergius, ac Heraclius, vt ait Baronius ſub an. 631. licèt eidem Hæreſi adhærere viderētur, non tantùm Orthodoxi per multos annos crediti ſunt, ſed Catholici etiam nomen, ac communionem præferebant.

Sed, vt veritas pro Maronis vindicijs magis eluceſcat, prætereunda nequaquā ſunt illa argumenta, quæ deſumuntur ex ipſiſmet Iacobitarum Codicibus, qui vti Maronitarum hoſtes fuerunt infenſiſſimi, eorum Authoritas pro præſenti inſtituto maximæ erit probationis, hi enim in ſua Catecheſi, quæ in Collegio Maronitarum Romæ aſſeruatur, de Maronitarum origine ſequentia aſſerunt:

انتم كلكم مريان وكان كرسى انطاكيـه
السريان

السريان الآن لما جارت الملوك على
السريان قام مارون ۞

Vos omnes estis Syri, & Sedes Regionis vestræ est Antiochia Syrorum, at cùm tyrannidem exercuerint Imperatores aduersùs Syros, surrexit Maro. Et paulò post in Maronem inuehuntur proptèr eius vnionem cum Legato Apostolico, qui tunc Antiochiæ degebat; & subdunt ipsum petijsse ab eo, vt eum in Metropolitam consecraret, causamque addunt huius petitionis:

XXVII. Ipsi Hæretici Orientales testantur Maronitas Frācis, idest Catholicis Romanis adhæsisse.

حتى امسك قاطنين كسروان وجبل
لبنان على امانة الافرنجيه

Vt retineam habitatores Kesruan, & Montis Libani in Religione Francorum, nomine enim *Francorum* sumuntur apud Orientales omnes Christiani Latini Occidentis cuiuscumque Nationis. Ex præfato igitur Hæreticorum textu deducitur, Maronem, ac Maronitas Orthodoxæ semper adhæsisse Religioni, cùm per verbum *Retineo* nō supponatur innouatio aliqua, sed permanentia in illâ fide, in quâ anteà erant edu-

cati; cùm enim omnes Nationes Orientales habeant basim, ac fundamentum suæ Religionis, vti Iacobitæ ab erroribus Iacobi; Nestoriani ab illis Nestorij; & sic de singulis: solùm Maronitæ: quia nihil addiderunt Catholicæ fidei documentis, afferunt Iacobitæ ibidem:

وما سمعنا قط لقعادة دينكم
يا موارنه كتاب ۞

Et nunquam audiuimus esse vllum librum, qui sit basis fidei vestræ ò Maronitæ. Quod indicat Maronitas nihil vnquã innouasse in Religione, sed Apostolicas semper retinuisse Constitutiones, & Conciliorum decreta dumtaxàt secutos fuisse, quia nullam huiusmodi habent Catechesim de nouo inuentam, & excusam sicut cæteri, sed Maiorum insistentes vestigijs nihil noui condiderunt, vti assolent Innouatores, ideòque iuxtà ipsorummet Hæreticorum dicta, illos Maro retinuit in auitâ fide, quæ eadem erat ac illa Francorum; secùs enim si Monothelitarum erroribus fuissent infecti, basim suæ habuissent fidei, quam Iacobitæ in Maronitarum intenti odi-

odium, latitantem nequaquam reliquissent, imò ex eâdem eorum Catechesi probatur, neque Maronitas extitisse Monothelitas, neque Maronem ab eis pro Hæresiarcha habitum fuisse, legitur enim ibidem, dum loquunrur de Marone, qui vigebat tempore Mauritij:

فنقول ان مارون كان اعلم من السيد
المسيح بذاته وبسّر اتحاده ايما سمعنا
السيد المسيح قال انا طبيعتين
اولى مشيتين ۞

Dicimus autem Maronem fuisse doctiorem Domino circa semetipsum, & circa mysterium suæ vnionis, quandonam audiuimus Christum Dominum dixisse: Ego habeo duas naturas, vel sunt mihi duæ voluntates? & vlteriùs cùm diuisionem Orientalium Nationum pro causâ Religionis recensent subdunt

فما رضيوا الطوايف يامنوا حتى
قلتم انتم يا موارنه طبيعتين ۞
وجوهرين ومشيتين

Noluerunt profectò Nationes credere, donec di-

dixistis vos, ò Maronitæ, duas naturas, duas substantias, & duas voluntates.

Nè autèm in longum hæc omnia protrahantur, ex his tandem emergendum est latebris ciusdemmet Maronis testimonio, qui in suis scriptis suam contrà Monothelitas supponit opinionem; hic cùm varia exarauerit aduersùs sui temporis, præcipuèque Monophysitarum, ac Monothelitarum insurgentes hæreses, prout innuit cap. 21. Commentariorum Liturgiæ Diui Iacobi Apostoli, in expositione Symboli Niceni, vbi loquens de his, qui Domini Nostri Iesu Christi naturas, ac voluntates confundunt, hæc ait:

XXVIII. Ioannes Maro tantū abest, vt Monothelita fuerit, vt eos scriptis suis doctè, & validè impugnauerit.

ܐܠܐ ܥܠ ܗܠܝܢ ܒܦܫܝܛܘܬܐ ܟܬܒܢ. ܘܫܪܪܢ
ܡܢ ܣܗܕܘܬܐ ܕܐܒܗܬܢ ܚܣܝܐ ܕܟܢܫܢ
ܒܟܬܒܢ ܕܠܘܩܒܠ ܡܚܠܛܝ ܟܝܢܐ ܘܨܒܝܢܐ
ܕܡܪܢ. ܘܡܒܠܒܠܝ ܕܝܠܝܬܗ ܘܠܘܬ
ܟܠ. ܡܠܟܬܗ ܦܪܘܫܝܢ

At de his fusissimè scripsimus, atq; comprobauimus ex testimonijs Patrum nostrorū piorum, quæ collegimus in nostro libro aduersùs confundentes naturas, et voluntates Domini nostri, & permiscentes ipsius proprietates, & ad Charita-

tatem vestram misimus. Et ibidem cap. 33. in expositione Inuocationis Spiritus Sancti, vbi differens de Stabilitate Ecclesiæ, hæc habet :

ܐܬܟܬܫ ܠܘܩܒܠܗ̇ ܫܡܥܘܢ ܚܪܫܐ
ܘܢܦܠ. ܐܬܟܬܫ ܐܪܝܘܣ ܘܐܬܦܪܬ. ܐܬܟܬܫ
ܡܩܕܘܢܝܘܣ ܘܓܕܦ ܥܠ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ
ܘܐܫܬܕܝ. ܐܬܟܬܫ ܢܣܛܘܪܝܘܣ ܘܓܕܦ ܥܠ
ܒܬܘܠܬܐ ܝܠܕܬ ܐܠܗܐ ܘܐܬܚܪܡ ܘܡܬܪܝܡ
ܠܡܪܗ. ܐܬܟܬܫ ܕܝܘܣܩܘܪܘܣ ܠܐܠܡܢܝܬܐ
ܘܒܠܒܠܗ ܐܘܛܝܟܐ ܡܢܐ ܕܡܢܗ. ܐܬܟܬܫ
ܣܘܪܘܣ ܠܐܠܡܢܝܬܐ ܘܒܠܒܠ ܟܢܫܐ
ܘܡܠܟܘܬܐ. ܘܥܒܕ ܠܗ ܐܢܫܐ ܘܗܘܢܐ
ܡܫܟܚܐ ܐܝܟ ܕܠܡܠܟܘܬܐ ܗܕܐ.
ܒܬܪ ܐܬܦܠܓܘ ܘܢܦܩܘ ܘܐܬܦܪܫܘ ܐܪܝܢܐ ܘܗܘܘ
ܦܠܓܐ ܒܦܠܓܐ ܠܦܠܓܐ ܘܠܐܠܦܐ.
ܡܠܠ ܕܥܒܕ ܠܐ ܐܦܠܐ ܠܐ ܡܠܟܘܬܐ
ܐܝܟ ܕܡܠܟܘܬܗ ܕܡܫܝܚܐ.

Pugnauit aduersus eam Simon magus, & cecidit, pugnauit Arius, & crepuit, pugnauit Macedonius, & blasphemauit contrà Spiritum Sanctum, & proiectus est, pugnauit Nestorius, & blasphemauit contrà Virginem

Dei

Dei Genitricem, & fœtuit, & putruit lingua eius, pugnauit Dioſcorus Alexandrinus, & confudit cum Eutychete naturas Domini noſtri, pugnauit Cyrus Alexandrinus, & confudit voluntates, & operationes; Inſurrexerunt etiam alij, & varia bella aduerſus hanc Eccleſiam ſuſcitarunt, ſed fuerunt diſſipati, & defecerunt ſicut fumus; & ipſa ſtat vſque ad conſumationem ſæculi, quia ædificata eſt ſuper petram inconcuſſam, vti Dominus noſter promiſit.

Ex hâc igitur Maronis catholicâ enarratione deducendum eſt Maronitarum Originem, ac denominationem ab nullo Marone Hæreſiarcha, ſed à Sancto Marone Abbate eiuſque Monachis fuiſſe deſumptam, & à Ioanne Marone retentam; nulliuſque prorsùs roboris contrà hanc ſententiam videtur eſſe ratio à Ioanne Morino allata lib. de Sacris Eccleſiæ Ordinationibus; Improbabile nimirùm eſſe Maronitas ſic vocitari à Viris Catholicis, cùm ſit hoc Eccleſiæ vſui contrarium, quæ vti pia vniuerſalis Mater, quos ad fidem Catholicam ſuſcipit, ſi Gentiles, ſub Chriſtianorum nomine, ſi verò Hæreticos, ſub illo Catholicorũ appellare aſſolet: eà ductus

XXIX. Et ſi ſemper Catholici fuerint Maronitæ, potuerũt habere proprium ſibi nomen. Refellitur Ioannes Morinus id negans.

tus

tus ratione præfatus Author, sic ait: *Deindè cùm Maro; & ipsius Monachi viri Catholici fuerint, & Sancti, ab ijs nullus populus nomen accepit.*

Hæc oppositio vix aliquam patitur difficultatem, cùm adhùc in Indijs Orientalibus extent Christi fideles sub nomine Sancti Thomæ Apostoli, qui eos ad Christianam Religionem erudiuit; necnon in Bassora, quæ sita est in sinu Persico alij inueniantur Christiani sub nomine Sancti Ioannis Baptistæ, qui vsus etiam viguit in primitiuâ Ecclesiâ, vti legitur in primâ Epis. ad Corinthios: *Vnusquisque vestrum dicit: Ego quidē sum Pauli, Ego autem Apollo, Ego verò Cephæ*, sic etiam in Oriente qui Ario; ac Meletio aduersati sunt nuncupabantur *Eusthatiani* à Diuo Eustathio Episcopo Antiochiæ, qui contrà eos insurrexerat, vti habetur apud Gabrielē Prateolū in hæresi Meletianâ, vbi sic: *Qui à Diuo Eusthatio, Eusthatiani vocabantur, & fidem Nicænam integram seruabant.* Idem asserit Nicephorus Calixtus: *Paulini siquidem Sectatores Consubstantialis Assertores, qui Eusthatiani vocabantur, Meletium, eiusque studiosos auersati sunt, neque communionem*

Cap. p. vers. 12.

lib. 9. Hist. Eccl. cap. 48.

nem

nem sibi cum eis esse voluerunt; imò cap. 23. addit Athanasium Eusthatianis adhæsisse aduersùs Leontium Episcopũ Antiochiæ, *quem* (hæc sunt verba Nicephori) *Athanasius propter dogma deprauatum deuitans, cum Eusthatianis, qui in priuatis ædibus Ecclesias, & Conuentus agebant, communicauit*.

Nihilominùs si admitteremus Morini assertionẽ, fas esset dicere, id nominis non sibi sumpsisse Maronitas, nequè illis impositum fuisse vel Maronis, vel eius Monachorũ operâ, sed tantùm ab his fuisse illos in auitâ fide Catholica retentos, quã à primis Ecclesię primordijs receperant. Sed sic appellatos fuisse ab Hæreticis Orientalibus, vt innuimus loco supra citato, quippè in ludibrium eos vocabant *Maroninos* in odium Maronis, eiusque Monachorum, qui generosi tanquam duces aduersùs eorum falsa dogmata exilientes, & è latebris emergentes, vt ait Chrysostomus de Apostolis, statuerant non se ampliùs solos seruare, sed etiam alios quoscunque possent; & Ciuitates, & omnem Regionem obeuntes collegerant, quotquot inuenerunt adhùc sanos, & integros. Quâ de-

XXX Catholici Syri, dicti sunt ab Hæreticis, Maronitæ, vti nunc in Anglia Catholici vocantur Papistæ.

denominatione Maronitæ adhùc vocitãtur, pari modo, quo Catholici in Anglia vocantur Papistæ, quod nomen eis haudquaquã fuit à Papa impositum. Sed ab ipsismet Hæreticis dogmatũ Eccl. Anglicanæ asseclis in odiũ Papæ, cuius fidẽ Catholici ibi tuebantur, ac inconcussè adhùc retinent.

Imò ex hac denominatione, quam gloriosè hùc vsque retinent Maronitæ, desumitur, non fuisse sic appellatos ab vllo Marone Hæresiarcha. Quis enim cordatus sibi persuadebit, Maronitas post susceptam fidem Catholicam, sui Hæresiarchæ nomen retinuisse? quod contrà communẽ Orientis, & Occidentis vsum nemo non ignorat. Vsus enim viget in Oriente, & Occidente, Hæreticos fidei Catholicæ reconciliatos, si Occidentales sint, vti Lutherani, & Caluinistæ, vocitari Catholicos, sin verò Orientales, si Iacobitæ fuerint, Syros, si verò Nestoriani, Chaldæos, seu Assyrios nuncupari. Et quamuis omnes esse Catholici subintelligantur, hanc tamen Syrorum, & Chaldæorum, seù Assyriorum sortiuntur denominationem, tùm propter eorum rituum diuersitatem, tùm quia sub diuersis sint consti-

XXXI. Maronem non fuisse hæreticum, hinc rectè probatur, quod Maronitæ Catholici, eius nomine gaudeant.

ſtituti Patriarchis. Quod patet in his, quę noſtris hiſce temporibus acciderunt in Syriâ; Andreas enim Abdelgal, vir immortali memoriâ dignus, abiuratâ Iacobitarum hæreſi, in quâ natus, ac educatus fuerat in Montem Libanum ad Ioſephum Accurenſem Maronitarum Patriarcham ſe contulit, quo defuncto, Ioannes Safrenſis eius in Patriarchatu Succeſſor, ac vitæ ſanctimoniâ præſtantiſſimus, illum Sacerdotem ordinauit, ac deindè ob ſingularum virtutũ ornamenta, quibus ille enitebat, Archiepiſcopali ab eodem conſecratus charactere, in ſuæ gentis Aleppum petijt, ibique, cùm magnam Iacobitarum multitudinem ad Catholicum reduxiſſet cultum, eò eius fama peruenit, vt mortuo illarum gentium Hæretico Patriarchâ, omnium proborum votis, in eius locum præfatus Andreas fuerit ſubrogatus. Et in expeditione litterarum Apoſtolicarum factâ hìc Romæ ab Alexandro VII. pro eius confirmatione fuerunt expeditæ ſub nomine Patriarchæ Syrorum, & nequaquam Iacobitarum. Pari etiã modo cùm impreſſa fuiſſent Romæ anno 1617. Latino idiomate acta Synodi, habitæ à Ne-

ſto-

ſtorianis in Ciuitate Amed in Meſopotamia ſub Elia Patriarcha Babylonis, interprete Iſaac Sciadrenſi Maronitâ Viro eruditiſſimo, ac de litterariâ Republicâ optimè merito, legitur titulus libri: *Synodalia Chaldæorũ*, vbi pagina 11. habetur *Epiſtola Synodica Patriarchæ,& Archiepiſcoporum Chaldæorum ad Sanctiſſimum Dominum Noſtrum Paulum Papam Quintum.* Et ibidem legitur, Abediesù ordinatum fuiſſe à Pio IV. Patriarcham Aſſyriorum. excluſo prorsùs Neſtorianorum vocabulo, cùm Eccleſia Romana hæc nomina Iacobitarum, ac Neſtorianorum non admittat, cùm ſint Hæreſis indicatiua. Maronitæ igitùr cùm modò hoc nomen non amiſerint, & à Summis Pontificibus ab Innocentio III. hùc vſquè eorum Patriarcha in Bullis Apoſtolicis nuncupetur *Patriarcha Antiochenus Maronitarum*, ex neceſſitate conſequitur, hoc nomen *Maronita* fuiſſe ſemper Catholici nominis indicatiuum.

XXXII. Maronitæ dicti aliquãdo Mardaitæ.

Prætereundum hìc nequaquam eſt, Maronitas eodem ferè æuo, quo ſic denominati ſunt, aliuṃ nomen Hæreticorum odio, per aliquod tempus, nempè

illud *Mardaitarum* ſortitos fuiſſe ab Syriaco videlicet verbo ܡܪܕ, Mrad, hoc eſt rebellauit, & etiam ab Arabico مرد *Marada* Rebellis, & perduellis factus eſt. Acciderat enim in Imperio Conſtantini Pogonati, vt Muhauias poſt occupatam à Saracenis Vrbem Damaſcum, Phœniciam, aſſiduis vexaret incurſionibus, ac Libani loca vaſtaret; ex quo factum eſt, vt Maronitæ perſpectâ pro eorum ſecuritate Imperatoris incuriâ, elegerint Principem, qui ſibi præſideret. Hic autē Maronitarum Princeps in ipſo adminiſtrationis initio, Saracenos nimirùm vicinos ſibique imminentes ægrè ferens, validâ armatorum manu propriâ authoritate, inſcioque Imperatore, Damaſcenam ditionem ab hoſtibus occupatam ingreſſus, totam illam planitiem ab Incolis *Albkaa* nuncupatam, depopulatus eſt, illóſque populos ſummo terrore affecit, cùm neque viris, neque mulieribus parceret. His Imperatori nunciatis, tantam noui Principis audaciam, etſi in Saracenos excitatam, quia abſque Cæſareo iuſſu, cenſuit quantocyùs reprimendam; miſſo itaque

XXXIII. Maronitæ electo ſibi Principe, propria authoritate, Saracænos repellunt.

que ad eum Legato cum muneribus, simulauit ea se illi offerre ob eius egregia facinora aduersus Romani Imperij hostes. Legatus autẽ honoris huius, & amoris significatione delusum, Maronitã ad epulas inuitauit, dato militibus mandato, vt edito signo, illum statim interimerent, quod & perfectum est ad aliorum exemplum.

Putauit hoc stratagemate Imperator seditionum stamina inter Maronitas recidere, sed eò magis excreuere, cùm Duces exercitus irâ perciti ex Principis dolosâ internecione, ab obedientiâ Imperatoris prorsùs defecerint, in cuius locum Simonem prædicti Principis ex sorore nepotem subrogarunt, quem postea quadraginta Episcopi in Principẽ vnxerunt, vt legitur in Maronitarũ Chronico.

XXXIV. Hoc Principe per dolũ interfecto magis rebellant Maronitæ, & alium sibi Ducem designant.

رسموا مقدم فى بسكنتا وارسل عساكر فى بغتا. نهب البقاع فى قرد ذكتا. واقتل رجال والنسوان. وصلت اخباره للسلطان. بعث له خلعه مع قصاد واظمان. واكل معهم زاد. ناس وراهم مجرد.

مخبرين كمسوه في تلك الاطمان .
وقتلوه سمعوا مقدمين العسكر حلوا
الطاعه والايمان لابن اخته المقدم
سمعان . حما العسكر . اجتمعوا اربعين
اسقف ودهنوا لسمعان الموصوف ۞

Elegerunt Principem in Bastonta (quod est Libani Oppidum in Prouincia dicta Kesruan) *misit statim exercitum, & stratagemate BKaa deuastauit, vbi ense ciciderunt viri, ac mulieres. Hoc Imperatori nunciatum fuit; misit illi clamidem cum Legatis, & libellum securitatis, & cum eo epulatus est; quique erant à tergo inermem hac securitatis simulatione oppresserunt, illúque occiderunt; quo audito à Ducibus exercitus ab obedientia, ac fide defecerunt. Simeon comes, eius ex Sorore nepos protexit exercitum, quem quadraginta Episcopi in Principem vnxerunt.*

XXXV. Victi à Maronitis Saraceni comparato ingenti exercitu, Hhadetum obsidēt, & expugnāt.

Breui temporis interuallo defuncto prædicto Principe, & altero eius Successore, Maronitarum Principes, duos constituerunt eximios Duces, Paulum nimirùm, ac Fortunatum, vt militibus præessent, qui egressi ex Ciuitate Hhadtensi,

quæ eſt in Libano in Prouinciâ *Giobbe* nuncupatâ, tanto animi ardore in Saracenos irruerunt, vt eorum exercitum penè internecione profligarint. Huius nouitatis fama cùm Damaſcum perueniſſet, Saracenorum Duces militum cohortibus in vnum collectis, ſtrictâ Hhadetum obſidione vallarunt. Maronitarum ſtudium, ac valor in Vrbe tuendâ vſque adhùc immortali memoriâ commendatur. Nam etſi Imperator nullum eis præbuerit auxilium, per ſeptem tamen annos frequentes hoſtium aggreſſiones validè retuderint, ac maiora egiſſent, niſi Vrbs per traditionem fuiſſet capta, ac funditùs euerſa, in qua 1700. domus numerabantur. His hoſtes non contenti, aliorumque progreſſuũ ſtimulo impulſi, Phœniciam denuò ſtudebant inuadere, quapropter Maronitæ Imperatoris auxilijs deſtituti, cui infælix eorum ſtatus fuerat denunciatus, coacti ſunt Ducem eligere, quem ſibi Præpoſitum, Sedem figere optarunt in Vrbe Bſciarrai, totius Libani tunc temporis facilè Principe, eâque conditione præeſſe voluerunt, vt neminem vel Saracenum, vel Hæreticum exciperet

XXXVI. Nouum Principem ſibi conſtituunt Maronitæ ad tuendam Patriam, & Catholicam fidem, quem volunt Sedẽ habere Bſciarrai.

domo, aut Regionem incolere pateretur, secùs si faceret, illum Patriarcha excommunicatione feriret.

Id cùm Maronitæ ad sui securitatem peregissent, nè factum perduellionis nomine deferretur, ipsorum nouus hic Princeps legationem misit Constantinopolim, vt peteret Imperatoris confirmationem. Et ad retundendam Hæreticorum proteruiam, qui ab illis tanquam rebellis vnà cum totâ Maronitarum Natione dicebatur, protestatus est, se ab omni rebellionis maculâ esse immunem, & hæc fuisse in Libano innouata, vt suæ Nationi securitati, præcipuèque fidei Catholicæ consuleret, paratumque esse se Imperatoris nutibus obsequi; quid autem Legato Imperator responderit, historia non refert.

XXXVII. Illum cõfirmari ab Imperatore postulant.

Huic Principi Salem eius filius successit, qui nè fortasse Imperatoris iram in se concitaret, statuit, vt nonnullæ Iacobitarum, Græcorumque Melchitarum familiæ contrà iusiurandũ Patriarchæ præstitum, permanerent in Libano; qua propter cùm excommunicationis mucrone ab eodẽ fuisset percussus, obedientiam illi præstare Maronitæ renuerunt. Hanc con-

XXXVIII. Salem eius filius, ac Successor locum dat hæreticis in Libano cõtra fidem datam.

XXXIX. Excommunicatur & deseritur à Maronitis.

tentionum occasionem nacti Saraceni, denuò de inuadendo Monte Libano cogitarunt, remque aggressi sunt tanto impetu, vt Incolæ Tripolis, Bybli, ac Bsciarrai vix tuti intrà ipsorum mœnia permanserint. Tot hostium insultus, vt reprimerent Maronitæ, generalia signa per totam dedere Phœniciam, vt ad arma dispositi in Libano congregarentur. Nullâque interpositâ morâ ab gentis Principibus, triginta armatorum millibus sub vexillo collectis, tutiora Regionis loca, ac Libani iuga occuparunt sub diuersis distributa Ducibus, quorum nomina refert Maronitarum Chronicon, Sed de his alibi, deque eorũ historijs alius erit (Deo fauente) scribendi locus. Intereà dùm hæc geruntur, fama vndique diffusa est Saracenorum exercitum inter Byblum, & Botrim ad maris littora castrametari, quos cùm aggredi statutum fuisset, in diuersas Maronitæ partes distribuerunt agmina, datoque pugnæ signo vnà omnes, tam audactèr in hostes inuasere, vt terga vertere breue post certamen Saraceni sint coacti, & loco depulsi, vsque ad flumen propè locum *Alfidar* vocatum, fugientes per-

XL. Nouum Maronitarũ in Saracenos bellum.

persecuti sunt, complures ex eis interfecerunt; Quâ re animaduersâ, reliqui ex hostibus, ne circumuenirentur, veriti, sese fugæ mandarunt, ex quibus ad quatuor equitum millia captiui remanserunt. Fugatâ igitur hostili acie, ac diuisâ inter milites magnâ auri, ac argenti copiâ, vnà cum omnibus fugati exercitus sarcinis, copias suas Duces in castra reduxerunt, vt ex assiduo labore eorum relaxaretur animus, quæ omnia in præfato habentur Chronico, sic:

المقدم بولوس والامير مسعود. ما قام
مثلهم فى الجود. خرجوا من الحدث
بدرعا مصمود. ابطال ودخلوا
للميدان. وافنوا عسكر الاسلام. وصلت
خبرهم الى الشام سبع سنين
حربوا الاسلام. ووصل خبرهم الى
السلطان. ودخلوا اليهم فى اطمان.
ودبحوهم دبح الخرفان. ولا تركوا منهم
انسان. الرجال النسا والصبيان.

خربت الحدت من تلك الان . واحرقوا
بيوتهم فى النيران . وشاع خبرهم
بكل البلدان . ومن تلك الان الحدت
خربت . الف وسبعماية وستة بعد كانت .
وسبع سنين للاسلام جازت .
واقاموا مقدم فى بشرى يقيم حراس
ويكن سهران . وحلفوه واعطوه السيف .
ومسلم لا يخدم عنده . هراتقا لا
يسكنوا بلده . وقاصد لا سطنبول
بعث . ويطلب نجاته اذا احدت .
لان فى حياته قط لا خالف . واقام

Et paulo inferius ۞

بعده ابنه سالم
وزايا يقاتبه فى الجبه . وزايا يونانيه
فى العربه . المقدم تحت حروم صعبه .
لاجل الوظيفه والحلفان . وكل
الشعب ذابت ضده . ومن الطاعه
هلون جمده . وصار يخزى محروم
وحده .

وحده. سمعوا فى الحروم الاسلام. وكان
عسكرهم فى الشام. وقد جاوا
لطرابلوس قوم. ولا وقف قدامهم
انسان. مقدمين الجبال سمعوا. دقوا
النواقيس واجتمعوا. ثلاثين الف
نزلوا. عسكرمن الجبال اى الامطار ۞

Et post deſcriptionem pugnæ cum Saracenis initæ ſubdit:

اربع الف خيل اخدوا سلاح
ورماح ليس ينعدوا. وخودات
ولبوس كثير وجدوا ۞

Dux Paulus, ac Princeps Fortunatus cæteros bonitate ſuperabant, egreſſi ſunt ex Hbadet, quæ eſt in Giobbe inter primarias Libani Vrbes, *loriciſque armati deſcenderunt magnanimi in campum, & Saracenorum diſſipauere exercitum. Cùm facti Nuncius Damaſcum perueniſſet, per ſeptem annos in eadem Vrbe Hbadet cum Saracenis decertarunt; quæ omnia Imperatori nunciata fuerunt, in Ciuitatem, facta per proditionem*

ſe-

securitate, ingressi sunt, eiusque habitatores mactati sicut Agni, vnà cum mulieribus, ac pueris. Tunc Hhadet deuastata, ac penitùs desolata fuit, & domus eius quæ 1700. *numerabantur, igne consumptæ sunt; cuius fama per omnes Regiones diffusa est, septemque annis Saracenis obstitit. Elegerunt Principem in Bsciarrai, vt Prouinciam custodiret, illique dederunt ensem cum iureiurando, nè ullo Saraceno ad sui obsequium vteretur, nullusque Hæreticus cum eo permaneret. Legatum Constantinopolim misit, vt peteret confirmationem, si possibile esset, quia numquam in vita rebellis fuerat. Eo defuncto successit eius filius.* Et paulò inferiùs *Aduersarij Iacobitæ erant in* Giobbe, *& aduersarij Græci in* Arbe, *Princeps sub graui existebat excommunicatione propter ipsius officium, & iusiurandum. Populus illi constanter auersatus est, & ab eius obedientia milites solutos esse voluerunt propter excommunicationis, quam incurrerat, sententiam, non erat qui eius vteretur familiaritate. Certiores facti Saraceni de hac excommunicatione, remotis castris ab Vrbe Damasco, illicò Tripolim versùs descenderunt, nullusque contrà illos stetit. His auditis à Primatibus Montis, dederunt omni-*

nibus ſigna , & congregati ſunt triginta millia , & deſcenderunt milites ex montibus in ſimilitudinem imbrium. Et poſt deſcriptionem pugnæ cum Saracenis initæ , ſubdit: *Captiuos duxerunt quatuor millia equitum , cum armis , & lanceis , veſtibus , ac galeis abſque numero* .

XLI. Reſipiſcit Salem Maronitarum Princeps, & Eccleſiæ , ac ſuis reconciliatur .

Sed vix aliquot tranſierunt dies , cùm per exploratores certior factus eſt Princeps Bſciarrai ; adhùc in Libano nonnullas Saracenorum legiones permanſiſſe , celeritèr ibi accurrit , vtque à vinculo excommunicationis dignum ſe exhiberet , qui abſolueretur , ac ſuorum ſubditorum enata in ſe odia compeſceret, illos nō tantùm expulit, verùm etiam omnes Hæreticos, quos permanere in Libano paſſus antea fuerat ; ſic enim proſequitur hiſtoria :

نزل المقدم بجنح الليل . رجع
لبشرى باربعين راس خيل . الهراتقة
حسوا بالويل . وهربوا من جبل
لبنان . الاسلام منهم فزعوا . الهراتقة
منهم ارتجعوا . المقدمين باتحاد
ارتفعوا

ارتفعوا واطمنوا بجبل لبنان وكثرت عليهم الارزاق . وانحلت عنهم الاوثاق ، وهديت منهم الاخناق . وحفظوا الطاعه والايمان ۞

Princeps noctu contrà eos descendit, reuersus est in Bsciarrai cum quadraginta equis. Hæretici hæc audientes fugerunt ex monte Libano, ac Saracenos timore affecerunt, ijdemque Hæretici timore percussi sunt; Duces vnanimiter elati sunt, & securi permanserunt in Monte Libano, & multiplicata sunt eis bona, & dissoluta sunt ab eis angustiarum vincula, ac discordiæ inter eos cessauere, obedientiamque seruarunt, ac fidem.

XLII. Hæreticos eijcit è Libano.

Ex his itaquè gestis aduersùs Hæreticos simul, ac Infideles, ortum est Hæreticorum odium aduersùs eos tantùm, tamque implacabile in Maronitas, vt cùm aliàs re nocere non valerent, iniuriosâ saltem appellatione *Mardaitarum* afficerent, nequè ferre æquo animo poterant Maronitarum, sectæ suæ adeò infensorum, nomen, & gloriam, ob singularem animi fortitudinem, & præclarè gesta vbique ce-

celebrari; imò tanta huius belli ad Saracenos fama perlata est, tantusque terror eos inuasit, vt Muhauias, & qui cum eo erant, prout asserit Cedrenus sub Constantino Pogonato, *terrore perculsi ex Mardaitis, qui in Libano erant, cogitantes Romanum Imperium diuino præsidio defendi; Legatos ad Constantinum, pacis petendæ causa miserint. Is Pizicaudam ad Saracenos mittit, perque eum pacem cum eis componit, ac tabulis consignat, ea conditione, vt per annos triginta, quotannis Saraceni Romanis penderent auri millia decem, Seruos C. equos generosos quinquaginta, ex qua pace Romano Imperio generalis orta est quies*. Idem enim immediatè subdit: *Vbi perceperunt ij, qui Occasum incolebant, missis ad Imperatorem donis, pacem petierunt, quam is eorum concedens petitioni sanxit, ita & in Oriente, & in Occidente, magna fuit quies*. Idem prorsùs asserit Theophanes citatus à Baronio.

XLIII. Maronitæ Saracenos cogunt Romano Imperatori tributũ pendere.

Nil profuit Saracenis hæc pax, cùm breues post inducias Maronitæ, qui tunc etiam ab aliquibus Mardaitæ vocabantur, vt superiùs innuimus, continuis eos insultibus, atque incursionibus infestarent; quamobrem Abdimelich, qui Muhauiæ

Sub anno 676. num 9.

suc-

successerat, legationem priùs Constantino, ac deinde Iustiniano misit, pacem confirmandi causa à Muhauia quæsitam, addità tamen conditione, vt expelli curaret armatos Mardaitas è Libano, prout habetur in præfatis Authoribus, præcipuèque apud Paulum Diaconum sub Imperio Constantini, vbi sic: *Cùmque Mardaitæ incumberent partibus Libani & pestilentia teneretur, & fames, idem Habdemelich pacem, quæ fuerat à Muhauia quæsita, petijt, missis ad Imperatorem Legatis, eademque trecenta sexaginta quinque millia numismatum auri præbere pollicitus.* Et sub Iustiniano Imperatore subsequitur: *Hoc autem anno mittit Habdemelich ad Iustinianum confirmare pacem, & conuenit inter eos huiusmodi pax, vt scilicet Imperator deponeret Mardaitarum agmen à Libano, & prohiberet incursiones eorum, & Habdemelich Romanis tribueret per singulos dies numismata mille, & Equum, & seruum, & vt haberent communem per æqualitatem tributa Cypri, Armeniæ, ac Iberiæ, & direxit Imperator Paulum Magistrum ad Habdimelich ad confirmanda ea, quæ placita fuerant, & facta est in scriptis securitas sub testium adsti-*

XLIV. Quam formidandi Saracenis fuerint Maronitæ.

libro. 19.

pu-

pulatione, *qui liberaliter honoratus*, *reuersus est*, *& mittens Imperator assumpsit Mardaitarum* 12. *millia*. Hoc autem nomen Mardaitarum fuisse Incolis Libani impositum ob rebellionem, præter superiùs allata, idem annuit etiam Paulus Diaconus libro. 19. in Imperio Constantis sic: *Anno XVIII. Imperij Constantis facta est contentio inter Romanos*, *& Arabes*, *Muhauia ob rebellionem*, *vt tribuant Romanis Arabes per singulos dies numismata mille*, *& equum*, *& seruum*, per ly *ob rebellionem*, intelligendum est à Mardaitis excitatam, dum illi ab Imperatore habiti fuere vti rebelles, & armorum vi ad duodecim millia armatorum expulsi ex Libano, prout legitur in Codice eiusdemmet Pauli Diaconi Venetijs impresso anno 1548. per Michaelem Tramezinum, vbi sic: *Et mittens Imperator exrcitum contra Mardaitas assumptis ex eis XII. millia*, quos postea idem Iustinianus recepit in confinijs Ciliciæ & Armeniæ, vti scribunt Authores, ac præsertim Cedrenus loco citato, & vsquè adhùc ex illis quamplures familiæ illos fines incolunt, ac præcipuè Vrbem *Aleppum*, *Baias*, aliaque loca ibi adiacentia, & quia

XLV. Imperator immemor accepti per Maronitas beneficij.

ad

ad Imperatoris obedientiam deuenerant, cessauit hæc Mardaitarum denominatio, retentâ priori illâ Maronitarum, cùm idem semper fuisset populus.

Ex illâ fortasse militum collectione, quos Nationis Primates ex vniuersâ Phœnicià selegerant, vt tutiora loca occuparent illius partis Libani, quæ *Giobbe* vocitatur, in quâ sita est Vrbs *Hhadet*, in cuius confinijs bellum à Saracenis gerebatur, putarunt aliqui, inter quos Ioannes Morinus, Mardaitas fuisse monti Libano aduenas, non Autochthones; si hoc enim esset, incumberet illis onus probandi, vndè in Libanum venerit, & quò indè pulsa recesserit hæc Natio, quæ tanquam Romani Imperij clypeus, ac antemurale ab omnibus habebatur, vt ait Zonaras loquens de pace cum Saracenis promulgatâ sub Imperio Iustiniani, vbi hæc habentur. *Iis conditionibus fœdere renouato, & Mardaitis qui* 12. *millia bellicosorum Virorum habebant, è Libano digressis, gens Arabica, metu illorum liberata, Romanum Imperium multis malis affecit.* Et subdit Cedrenus sub Imperio eiusdem: *Quidquid hodiè Arabes tenent à Mopsuestia, vsque ad*

XLVI. Mardaitæ non alij ab Maronitis fuerunt. Cōtra quam sentit Ioannes Morinus.

quartam Armeniam, id omne infirmum erat, cultoribus vacuum, ob incursiones Mardaitarum; quibus repressis ingentia damna Arabes Romano Imperio in hunc vsquè diem intulerunt; & tamèn nullus extat Auctor, vt fatetur ipsemet Morinus, qui asserat, quæ gens fuerint hi Mardaitæ, & quam Orbis partem inhabitassent, ac modò inhabitent. Quonam igitùr pacto hæc illustris Natio ab Orbe prorsùs euanuit, vt nihil penitùs post Iustinianum Imperatorem de eâ nequè scriptum inueniatur, nequè memoriâ retentum, si ab illâ Maronitarum diuersa extitisset. Quinimò nequè antè Constantinum Pogonatum, nil in historijs tam Orientis, quàm Occidentis de hoc Mardaitarum populo legitur, sed eo tantùm tempore nominantur in Libano, quo Maronitæ habiti sunt Romano Imperio rebelles, cessauitque hæc Mardaitarum denominatio, cùm Imperatoris obedientiæ fuerunt ijdem Maronitæ restituti.

His itaque dilucidatis de Maronitarum variâ appellatione, iam ad comprobandam eorum in Religione Catholicâ, per omnes ætates constantiam reuertamur,

mur, quoniam vnus ferè VVillielmus Tyrius nobis in eâ re facessit negotium, cùm Aduersarij propemodùm omnes, eius vnâ authoritate nos oppugnent, quæ scribit de Maronitis accuratè expendamus, vt cùm de his loquitur, quid illi tribuendum sit fidei, demùm eruditi intelligant.

XLVII. Expenditur VVillielmi Tyrij testimonium, & confutatur.

Hic igitur VVillielmus postquam ea de Marone dixit, quæ superiore loco apertissimè confutauimus, subdit Maronitas, cùm quingentos ferè annos Monothelitarum hæresim fuissent secuti, diuinâ inspiratione ad cor redeuntes, anno nimirùm 1182. languore deposito, ad Patriarcham Antiochænum Haymericum, qui tertius Latinorum tùnc eidem præerat Ecclesiæ, accessisse, & abiurato errore vnâ cum Patriarchâ, & Episcopis, ad vnitatem Ecclesiæ Catholicæ reuersos esse. Magnum certè prodigium, imò prodigiorum maximum, aureis ad posteros inscribendum characteribus, vt integra Natio, quæ, vt ipsemet ait, quadraginta millium hominum dicebatur excedere numerum, vllo absque adiutore, Concionatore nullo, sed per solam Dei inspirationem tota quanta, quanta est fidem

Catholicam illicò susceperit; nihilominùs in vetustis Orientalium cuiusque Nationis Codicibus, nec leuiter quidem tam memorandi facinoris, qui meminerit vllus legitur, neque vlla extat notitia.

lib. 3. partis 3. cap. 38. Concordare hìc opus esset ea, quæ ex aduerso exhibet Marcus Vlysipponensis Episcopus Portuensis in Chronicis Ordinis Sancti Francisci, vbi habetur Patrem Griphoné Belgam eiusdem Ordinis, Maronitas inuenisse in monte Libano partim Hæreticos, partim Idololatras, quos ad Catholicam fidem reduxit anno 1450. edito miraculo, quale fuit olim illud Iosue, imò longè admirabiliori, dùm eius precibus, Sol, qui tendebat ad Occasum, retrogradus visus est in Orientem, quo viso montis Libani Gubernator, vnà cum totâ Natione baptismatis lauacro se subiecit. Quæ conuersio nequaquam per manus Haymerici anno 1182. vti vult V Villielmus, habita esset, nisi concederetur Maronitas post susceptam fidem Catholicam V Villielmi æuo, fuisse deindè Idololatriam amplexos, quod neq; in Orientalium, neque in Occidentalium Codicibus repertum adhùc inuenitur. Quin fidem

XLVIII. Fabula Griphonis perridicula reijcitur.

dem faciunt varij Auctores. & testantur litteræ Innocentij III. & Eugenij IV. quæ habentur in Cœnobio Canubino in monte Libano, Maronitas fuisse Catholicos ante præfati Griphonis tempora, & in fide Orthodoxâ perseuerasse.

Verùm, vt accuratè VVillielmum confutemus, iuuat ad totius dilucidationem audire quæ in Maronitarum Chronicis, ac præsertim in Gabriele Qlai inter Maronitas doctrinâ, ac sanctitate illustri, de præsenti instituto exarata inueniuntur, quorum exemplaria extant inter libros Abrahami Ecchelensis, & cōcordant cum alijs, quæ egomet in Libano præ manibus habui. XLIX. Thomas Hharanita Episcopus Kfartabensis Maronitarũ fidem labefactare Monothelismo conatur.

Præfatus igitur Gabriel nonnulla Opera de Sacramentis solutâ oratione, aliaque de Orientalium historijs Carmine exarauit, vbi in Poëmate, in quo recenset Hæreticos, qui aliquem errorem inter Maronitarum gentem disseminare curarunt, nominat Thomam quemdam Hharanitam Syrum Archiepiscopum Kfartab, L. Quis fuerit

sic enim ait: ܒܥܕܗܡ ܬܘܡܐ ܡܢ

ܚܐܪܐܢ. ܒܟܘܪܐ ܚܠܒ ܟܐܢ ܡܛܪܐܢ ܀

 Quos

Quos secutus est Thomas ex Hharan, qui in Prouincia Aleppensi erat Metropolita. Hic quamuis natus, & educatus fuisset in Ciuitate Maredin in Mesopotamia ad Tigrim fluuium, quæ Vrbs Iacobitarum est Patriarchalis Sedes, etsi in eâ nonnulli ex Nestorianis extent, vt in eodem poëmate, idem Auctor subdit:

قلت لي انه من ماردين . ماردين مسكنة الشياطين . نسطور ويعقوب ساكني ۞

Dixisti mihi illum fuisse ex Maredin, Maredin enim est habitaculum Dæmonum, habitantibus in eâ Nestorio, & Iacobo.

LI. Eius cum Patriarcha Antiochæno Græcorũ Ioannes, pro sua hæresi contentiones.

Nihilominùs præfatus Thomas patriâ Religione relictâ, alteram Monothelitarum amplexus est, tanto animi ardore, vt Ioannes Patriarcha Græcorum Antiochænus, ne is error, qui tùnc extinctus in Syriâ videbatur, iterùm reuiuisceret, vtquè imminenti malo consuleret, contrâ præfatum Thomã varijs scriptis insurrexerit, illique miserit Epistolam, in quâ reprobatâ ex Sanctorum Patrum, ac Conciliorum

rum authoritate, Thomæ ſententiâ de vnicâ tantùm in Chriſto Domino voluntate, illum anathemate percuſſit. Hæc porrò controuerſia inter illos cœperat anno Alexandri 1400. qui eſt circitèr Chriſti 1111. proùt legitur in Præfatione decē Propoſitionum, quas idem Thomas aduersùs eundem Ioannem Patriarcham compilauit:

فلمّاكان فى تاريخ اسكندر ابن فيلبفوس اليونانى الف واربع ماية سنه جرى فيها مكاتبات ومراسلات بين بطرك الروم فى مدينة انطاكيه يوحنا وبين توما مطران كفرطاب فى كورة حلب وكان الامر فى اعتقاد المشيئتين لذو الطبيعتين بتانّس ربنا. فلمّا كثرت المكاتبات بينهما عند ذلك كتب يوحنا بطريرك انطاكيه رسالة طويلة الشرح وارسلها مع قاصد الى توما وهو

يحتج عليه فيها لان كل لا يعتقد
ان ربنا السيد المسيح مشيتين
فهو ناقص وجعل يستقبح اعتقاد
توما بمشية واحدة بربنا السيد المسيح ۞

Anno Alexandri filij Philippi Græcorũ 1400. *Epistolæ ac scripta mutuò processerunt Antiochiæ inter Ioannem Patriarcham Græcorum, & Thomam Archiepiscopũ Kfartab Diœcæsis Aleppensis; eratque quæstio circa professionem duarum voluntatum in duabus naturis in Incarnatione Domini nostri, cùmque inter eos multiplicatæ fuissent Epistolæ, Ioannes Patriarcha Antiochiæ scripsit Epistolam prolixam, eamque misit cum Nuntio ad Thomam, in qua defendendo se, demonstrat eum, qui nõ profitetur in Domino nostro Iesu Christo duas voluntates, deficere à fide, & execrabatur professionem Thomæ vnius voluntatis in Domino nostro Iesu Christo.*

Thomas igitur pro responsione ad hanc Epistolam, ac pro suæ sententiæ confirmatione, aliam scripsit in decem Propositiones diuisam, quæ extat inter libros eruditissimi Viri Abrahami Ecchel-len-

lensis, in qua Scripturarum, ac Sanctorum Patrum fulcitus, vt sibi videbatur, auctoritate, vnicam in Christo Domino voluntatem, & operationem probare contendit, eamque per Nuntium ad præfatum misit Patriarcham, qui ne venenum hoc per ipsius serperet Diœcæsim, iussit illam igni publicè dari, vti habetur in eâdem Præfatione sic:

LII. Libellum decem Propositionum edit, quem iussit comburi Patriarcha Antiochænus.

وارسلها الى بين ايادى السيد
البطريرك بمدينة انطاكيه مع
رسول قاصد . وكان عنده حاضر رجل
فاضل يسمى جرجس ابن الشتوى
ورجل اخر يسمى سقراط ابن فيليفوس
حادق. حكم البطريرك انها تحرق
ولايعرف لها خبر بانطاكيه لئلا
تفسد ضماير الشعب ۞

Eamque cum Nuncio expresso misit Antiochiam in manus Patriarchæ, ibique tunc aderant duo viri prudentes, Georgius videlicet filius Alsciatui, & Socrates filius Philippi. Iussit Patriarcha eam comburi, vt eam prorsus

sùs de medio tolleret, ne corrumperetur fides populi.

Cùm autem hoc Thomæ nunciatum fuisset, eodem tractatu denuò compilato, & in meliorem formā redacto, & ad Valuas Ecclesiarum affixo, se ad Montem Libanum contulit, proùt legitur ibidē sic:

فلما بلغ الى توما خبر الرسالة
انه احرقها عاد كتبها اخيرما
كانت وجعلها فى دوان كنيسته
وتوجه الى جبل لبنان ۞

Et cùm nunciatum fuisset Thomæ, Ioannem eius Epistolam igni dedisse, eam in meliorem formam rescripsit, cùmque illam ad valuas suæ Ecclesiæ affixisset, ad Montem Libanum se contulit. Hâc igitur permotus occasione, diabolico curauit excogitatu aggredi Maronitas, quos vt faciliùs in suam sententiam adduceret, dixit se esse Maronitam, & Maronem eiusdem secum fuisse opinionis, idque Eutychij Alexandrini auctoritate probabat, quemadmodum legitur in eius tertiâ, & quartâ Propositione, subditque Diuum Maximum auctorem fuis-

LIII. Se transfert ad Montem Libanum, vt Maronitas ad suas partes alliciat.

fuiſſe opinionis duarum voluntatum in Chriſto Domino ſub Imperio Marciani Imperatoris, vti recenſet in quartâ Propoſitione ſic:

فتقدم مكسيموس الى حضرة الملك
مرقيان واخيه وطفق يشير عليهم
بان يوجب اننا نزيد مشية اخره
ويكونوا مشيتين لذو الطبيعتين

Stetit Maximus coram Imperatore Marciano, ac ejus fratre, eiſque conſilium dedit, dicens. Neceſſe eſt, vt addamus aliam voluntatem, vt ſint duæ voluntates in duabus naturis, atquè vt Maximum apud Maronitas in contemptũ vocaret & odiũ, genealogiam ei finxit perridiculam, eique illam Authore Eutychio Alexãdrino per fraudem & mendacium attribuit:

LIV. Sanctum Maximum apud illos in inuidiam adducit varijs mendacijs.

فيقال عنه في كتاب سعيد ابن
بطريق ان ولد في مدينة طبريه
وكانت امه جاريه عجميه فزنا
فيها رجلا يهودي يسمى سادوق من
ملة

ملة السامريه فلما ولد منها
هذا المذكور ولد الزنا ثم تدرب
بكل مكر وكل صنعه رديه . ثم
انتقل من طبريه الى قسطنطينيه ۞

Dicitur de eo in Eutychio filio Patritij, ipſum in Ciuitate Tyberiade natum fuiſſe ex quadam famula oriunda ex Perſide, quam Iudæus nomine Sadoc ex progenie Samaritanorum fornicariè cognouerat, & cùm ex his natus fuiſſet præfatus filius fornicationis, vitam duxit fraudibus, maliſque operibus plenam, & poſteà ex Tyberiade ſe contulit Conſtantinopolim. His etiam non contentus Thomas, vt eoſdem Maronitas, quos Romano perſpiciebat adhærere Pontifici, in ſuam meliùs reduceret ſententiam, ſubdit ibidem, Heraclium, Leonis Papæ auctoritate, Maximum inſectatum fuiſſe, hæc enim habet:

كتب هرقل الى البطريرك لاون بابا
روميه واشكا عليه بتلك المقاله التي
رادها مكسيموس بغير شهادة حق

فلما

فلمّا بلغ كتاب الملك هرقل الى
البطريرك عند ذلك ردّ له جواب
رسالته قايلاً يبارك ربنا مملكة
الملك هرقل يزيد ايمانه . فامّا الذى
انشا هذه المقالة وافسد الامانة
المستقيمة ورمى الخلف والاشتقاق
بين الاخوة المومنين فمستحق قطع
لسانه ويده . فلمّا وصل كتاب
البطريرك قبله هرقل قبل الوقوف
عليه عند ذلك سير هرقل احضر
مكسيموس الى حضرته وامر بعض
غلمانه قطع لسان مكسيموس
ويده وانفاه الى جزيرة تسمى الركيه
وهذا المقال مكتوب عندنا وعندكم
فى كتاب سعيد ابن بطريق ۞

Scripsit Heraclius ad Patriarcham Leonem Papam Romanum, & accusauit Maximum de noua eius assertione, absque ulla vera-

LV. Mentitur, sibi fauere Pontificem Romanum.

Au

Auctoritate, Cùm igitur hæc Epistola ad Patriarcham peruenisset; responsum dedit Heraclio: Benedicat Dominus noster Imperium Heraclij, eiusque augeat fidem. Quicunque hanc assertionem emisit, & sparsit, corrupitque fidem rectam, & scissionem, ac schisma inuexit inter fratres fideles, dignus est, cui lingua, ac manus abscindatur. His Patriarchæ rescriptis, quæ Heraclius summo receperat cum honore, Maximum ad se coràm adduci iussit, eique amputari linguam, ac manum, eumque in Insulam, quæ vocatur Rachie, ablegauit, quæ enarratio scripta est apud nos, & vos in libro Eutychij filij Patritij.

LVI.
Imponit Eutychio Alexandrino, quem falsò testem appellat.

Verùm, etsi multa scribit perabsurdè Eutychius, nunquam sic desipuit, vt hæc diceret, & inuersâ susdeque Chronologiâ, temporibus tempora confunderet, & viros viris; nihil simile vel scripsit, vel somniauit Eutychius, vti eius Opera legentibus patebit: nam Maximus natus est centum circiter, & quinquaginta annis post Marcianum Imperatorem, anno videlicet 615. vt notat Baronius, alijque Auctores. Marcianus autèm tenebat Imperium anno 451. sub quo celebratum fuit Concilium generale Chalcedonense ad-

aduersùs Eutychetem, ac Dioſcorum, qui duas in Chriſto Domino negabant naturas, & tunc voluntatum controuerſia nequaquam emanauerat; nequè Eutychius temerè à Thoma citatus de Diui Maximi genealogiâ, ac vitæ moribus aſſerit, quæ ipſe mendosè refert, imò oppoſitum legitur Tomo 2. Annalium eiuſdem in Chaliſatu Moauiæ Ebn Abi Soſyan in Imperio Conſtantini, vbi loquens de Maximo hæc ait:

وكان يومئذ هناك رجل راهب
قديس يقال له مكسيموس ۞

Erat tunc temporis Monachus quidam Sanctus, nomine Maximus. Et haudquaquam in eius Annalibus legitur, ab Heraclio pro Monothelitarum cauſâ, vel Maximum, vel quemquam alium malè habitum fuiſſe, vel vllum ipſo Imperante, Leonem Papam extitiſſe: Eutychius verò cum alijs conuenit Scriptoribus, proùt legitur in Græcorum Annalibus, ac Theophane, hanc inſectationem eueniſſe ſub Conſtantis Imperio Heraclij nepotis, qui etiam ab alijs vocatur Conſtantinus, vt ait

Ba-

Baronius anno 641. quo etiam nomine illum vocat Eutychius. Neque hic recenset Maximum opinionis duarum voluntatum auctorem fuisse, refert enim passim in Tomo 2. eius Annalium; Sophronium Hierosolymitanum, qui illum præcesserat, Cyro Alexandrino aduersatum fuisse, qui in Conciliabulo Alexandriæ inito vnā in Christo Domino affirmauerat voluntatem. Hæc igitur præfati Thomæ errata animaduertens Gabriel Qlai, in hæc verba cum derisione aduersus eius scripta prorumpit:

بقصته الصدق يبان وكرسيه
ليس هو سمعاني ۞

In eius historia rei patet veritas; at Sedes eius non erat Simonis. Sensus est, si vis scire fidem Thomæ, patet rei veritas ex eius mendaci historiâ: ideòque Sedes eius non erat fundata super fidem Simonis Petri, sed erat extrà Ecclesiam à Christo Domino fundatam super Petrum.

LVII. Maronitas aliquos suis erroribus imbuit.

Hoc libello ex mendacijs ineptissimis contexto aditum ad plebem indoctam, & ad quosdam etiam è Clero viros mi-

minimè eruditos sibi reperit, ac præcipuè placuit Archipresbytero cuidam *Farsciaiæ*, Diœcæsis *Bsciarrai*, qui ab ipso sūmis precibus postulauit, suum, vt decem Propositionum tractatum rursùs in lucem ederet, quemadmodum habetur in eâdem præfatione:

عاد رجع الى جبة بشرى واقام فيها
سنتين وفى تلك الايام حضر بين يديه
خورى من اهل فرشع وتضرع
اليه بمسالة جزيلة كي يعود
يجدد لهم هذه الرسالة ۞

Et regressus est in Diœcæsim Bsciarrai, *vbi moratus est per duos annos, tunc temporis illi adfuit Archipresbyter quidam* Farsciaiæ *illumque instantissimè rogauit, vt suam Epistolam renouaret.*

Ex quo factum est vt eius asseclæ datâ operâ inter Maronitas exemplaria aliqua disseminauerint, multosque eorum Ecclesiasticos libros, varia in illis addendo, atque delendo corruperint, proùt asserit Gabriel Qlai in suo de Hæreticis,

F Poë-

LVIII. Deprauat multos Maronitarum libros opera Ebn Scieban, & Ebn Hhosen:

Poëmate, vbi post præfati Thomæ mentionem paulò post sic ait:

وبعده اتنشل ابن شعبان . وصار
كاتب يعلم صبيان . زرع في مارون
الطغيان . واملا كتبه زيواني ۞

Post illum in lucem emersit Ebn Sciehban, & coepit scribere, & docere pueros, seminauit inter Maronitas errores, eorumque libros zizanijs impleuit. Et rursus in eodem Poëmate:

ابن حسن كان من حدشيت .
واطغا لاهل كفرياشيت كتب
وغير البواعيت ۞

Filius Hhosen erat ex Hhatscit (est quoddam Libani Oppidum in Giobbe) *decepit populum* Kfariascit (est aliud Libani Oppidum) *scripsit, & mutauit preces,* & breui temporis interuallo in alijs Oppidis idem venenum diffusum est, quâ eâdem lue ipsemet Patriarcha infectus videbatur, vti legitur in Chronico Maronitarum:

لان البطرك بلع السم واعطوه
البر

البطريل ملو الفم ۞ LIX. Inficit hæresi sua ipsũ Maronitarũ Patriarchã, cuius propterea ab communione, Maronitæ secedunt.

Quoniam Patriarcha venenum hauserat, missis, ad lebefactandum ipsum, muneribus, quantum ore capere voluit. Quapropter inito inter Maronitarum Primates tam Ecclesiasticos, quàm sæculares consilio; decreuerunt vnâ sententiâ omnes, ab eius se communione seiungere, sic enim prosequitur idem Chronicon:

الرعيا والبلداں عنهم قطعوه.
ولا عاد طاعوه ولا قبلوه فى البلداں ۞

LX. Aliumque sibi Patriarchã creant, quem Hæretici occidunt.

Cuius subditi, ac Regiones, Patriarcham ab suo segregarunt consortio, nec postea præstiterunt ei obedientiam, nec illum in Regionibus acceptarunt. Imò eò peruenit eorum fidei zelus, vt illum deposuerint, aliumque in eius locum suffecerint. Quâ nouitate irâ perciti, depositi Patriarchæ asseclæ, in nouum Patriarcham insurrexerunt, eumque interfecerunt, ignique eius Corpus dederunt, vti ibidem habetur:

ذلك البطرك مات معزولا. واقاموا
بطرك من جبولا. مات شهيد
مقتولا.

مقتولا . واحرقوه في النيران .
اربعين نصراني شهدوا فيه . انه
كافر بدين هو فيه . وقالوا
عنه شي ما هو فيه

Præfatus Patriarcha mortuus est depositus, & elegerunt Patriarcham ex Hhgiula; *mortuus est martyr interfectus, eumque combusserunt, testificati sunt contrà eum quadraginta Christiani, fidem eius non fuisse rectam, aliaque falsa protulerunt*. Post cuius obitum cùm variæ inter Maronitas insurrexissent diuisiones pro eligendo Patriarchâ, accurrit Haymericus Latinorum Patriarcha Antiochænus, cumque illas sedasset, eos qui Schisma inuexerant, vel secuti fuerant, ad obedientiam reduxit, & auctoritate Summi Pontificis à vinculo excommunicationis, quam ob patratum in Patriarcham immane delictum incurrerant, illos absoluit; post hæc Maronitæ ad electionem noui Patriarchæ integerrimæ fidei, vnanimiter deuenerunt. Sic enim legitur in eodem Chronico:

LXI. Maronitæ inter se cōciliantur opera Haymerici Patriarchæ Latinorū Antiochæni, & qui ex ipsis in hæresim lapsi erant, & Schisma, vnioni Ecclesiæ restituuntur, & fidei Catholicæ Maronitis.

واطفا

واطفا تلك النار اومريكوس له
تذكار . وبخهم فى كلام مجهر .
وطاعوه وجاب لهم من روميه
بركه . ورسموا لهم بطرك . سكن
البطرك فى سيدة هابيل . وكان
حافظ ما فى الانجيل . فى مصرح
عالم وفطيل : ويكتب ميامر
عن الايمان ☙

Extinxit illud venenum Haymericus homem. Obiurgauit eos palàm apertis verbis: obedierunt eis & à Romana Sede benedictionē eis mittendam curauit, & elegerunt sibi Patriarcham, qui habitauit in Ecclesia Beatæ Virginis in Habil (quod est Libani Oppidum) *obseruabat quidquid erat in Euangelio, erat in exponendo peritus, ac varia de fide carmina componebat.* Neque damnata, imò confirmata, ac stabilita fuit fides Maronis, dum hæc subsequuntur:

وثبعوا على اهل مارون .

والمرتفعين

والمرتفعين توطون ⁖ والمتعادين
اصطلحون ✿

Et firmi steterunt in fide Maronis, & superbi humiliati sunt, & aduersarij pacem inierunt. Quam fidem Maronitæ in præfatâ reconciliatione cùm prædicassent coràm Haymerico, qui cùm nihil penitùs aduersùs illam opposuisse legatur, euidenter concluditur, Maronis sententiam Monothelismum nec leuiter redoleuisse.

Hæc omnia ab asseclis præfati Thomæ Hharanitæ patrata, euenerunt Belli sacri æuo, quo Thomas in Montem Libanum se contulerat; vti deducitur ex eâdem præfatione, vbi:

توجه انبا توما الى جبل لبنان
وكان يظن انه ما يقيم فيه غير
نصف سنة فحدث بغتة ان الافرنج
نزلوا الى طرابلوس الشام ورادوا
افتحاها وكذلك صار انهم افتحوها
وانبا توما مكن في جبة يانوح

اربع

اربع سنين وعاد رجع الى جبة بشري واقام فيها سنتين ۞

Profectus eſt Pater Thomas ad Montem Libanum, ratus ſe ibi per medium annum dumtaxat permanſurum; ſed euenit ſtatim vt Franci tunc aggrederentur Tripolim Syriæ, vt eam expugnarent, prout eam expugnauerunt, permanſit Thomas per quatuor annos in Giobbet Ianuhh, *& poſtea rediȷt in* Giobbet Bſciarrai *vbi manſit per bieunium.*

LXII. Vndè natus VVillielmi Tyrij, & aliorum, qui ipſum ſequuti ſunt, grauis error.

Hic aduerte, quâ re deceptus VVillielmus Tyrius, ea quæ de Maronitis ſcripſerit, quibus abuſi poſteà Auctores de fide antiquâ Maronitarum minùs rectè ſenſerunt, & libris editis Catholiciſſimæ ab omni æuo Nationi contumeliam fecerunt, nimirùm Haymerici temporibus, maximè inter Maronitas turbatum eſt, & colligitur ex occiſo Patriarchâ ab ijs qui deflexerant in hæreſim, quantis viribus, quantoque numero tunc eſſent, & conſtat aliundè, & ſi validè ipſis obſiſterent Catholici, fuiſſe tamen res inter eos per id tempus ſic confuſas, vt quam fidem ſequerentur exteri illi Franci Regionis im-

imperiti, non satis distinguerent, ac VVillielmus quidem Tyrius, ab ijs tantùm remotus, quantùm itineris est Tyro, Tripolim, cùm audijt Maronitas, qui Thomæ Monothelitæ adhæserant, errores abiurasse apud Haymericum, & cum Patriarchâ factâ pace Romanam fidem professos; opinatus est Maronitas omnes in Monothelitarum errore fuisse; toti attribuens, quod parti vni minùs spectatæ, & perduelli debebatur. Potuit etiam decipi alicuius ex Maronitis illis schismaticis enarratione, qui vt illis prædicauerat Thomas, arbitrabatur, hanc Maronitarum veram esse fidem, quæ longè alia fuerat, vt ostendimus, semper scilicet Romana, semper Catholica. Deniquè cùm magis intentus esset in Francorum gestis perscribendis, quàm in inquirendis Populorum Orientalium moribus, & fide, leuiter, & minùs accuratè hæc attigit, vt videre est, vel ex isto vno capite, quòd collectam contrà eos sextam generalem Synodum, & damnatum in eâ Maronem perhibet, quâ de re, nè verbulum quidem extat in eâ Synodo.

Quòd autem VVillielmus fuerit de-

ce-

ceptus, & in errorem facti inciderit, probatur ex eo, quòd Maronitæ antè eiusdem VVillielmi tempora, duas voluntates inueniantur professi esse, vt palàm est ex allatis testimonijs præfati Ioannis Maronis, qui intrà sextum, & septimum florebat sæculum, & suis scriptis Monothelitas acerrimè insectatus est. Et confirmatur rursùs ex Dauid Archiepiscopo, qui floruit anno Alexandri 1370. qui est Christi 1059. proùt legitur in Epistolâ Abbatis Ioseph, missâ eodem anno ad præfatum Dauid, illum rogans, vt ex Syriaco, Arabici iuris faceret Ecclesiasticas Orientalium Syrorum Constitutiones, quæ Epistola extat in initio earundem Constitutionum, quorum Codex prostat in Bibliothecâ Collegij Maronitarum de Vrbe. Hic enim capite primo eiusdem textus asserit Maronitas, duas in Christo voluntates admittere, vbi sic:

LXIII. VVillielmus Tyrius falsò asserit Maronitas per quingentos annos Monothelitarũ hæresim professos esse.

الملكيه يتفقوا مع المارونيه
في نطق المشيتين وقالت المارونيه
مشيتين للجوهرين الالهيه والانسانيه ۞

Græci concordant cum Maronitis in prolatio-
ne

ne duarum voluntatum, & Maronitæ asserunt duas voluntates consequentes duas substantias diuinam, & humanam. Quonam igitur pacto, ait VVillielmus anno 1182. quo tempore supradicta de Maronitis scribebat, *per annos ferè quingentos cuiusdam Maronis Hæresiarchæ errorem fuisse secutos*; cùm anno 1059. quo præfatus Dauid Constitutiones memoratas interpretatus est, testetur Maronitas tùnc temporis professos esse duas in Christo Domino voluntates.

LXIV. Quomodo aliquãdo asseratur Catholice in Christo vna voluntas.

Hic tamen obseruandum est, quòd innuit idemmet Dauid Archiepiscopus capite 1. earundem Constitutionum illos qui in Christo Domino duas admittunt voluntates, aliquandò asserere vnam voluntatem, quia tùnc nomine voluntatis intelligunt concursum vtriusque voluntatis in idem obiectum per conformitatem, & consensum, non verò respectu potentiæ, quam duplicem fatentur, Diuinam videlicet, & humanam, qui Author refert etiam modum id explicandi sic:

انه لا يخلوا ان تكون هاتين المشية بين
الاثان

الاثان فى المسيح اما متضاددين واما متفقين. فان كانا متفقين فى جميع حالها عاد الامر انهما واحده بالاتفاق من حيث ان مرادهم واحد وان كانا مضاددين فحصل ان الجوهر الالهى يشا ما لا يشاه الجوهر الانسانى وكذلك الجوهر الانساني ما لا يشاه الجوهر الالهي واذا حصل ذلك وقع التباين والتضادد وحصلا اثنان وبطل حكم الاتحاد ۞

Nam fieri nequit quòd istæ duæ voluntates, quæ sunt in Christo, vel sint contrariæ, vel concordes, si enim sint concordes in omni eorum statu redit res, quod sint vna consensu, eò quòd earum volitio vna sit; si verò sint contrariæ, consequetur quòd substantia diuina, velit quòd non vult substantia humana; similiter substantia humana, quod non velit diuina; si autem hoc consequetur, ac-

accidet separatio, & contradictio, & erunt duo (Christi) & cessabit Iudicium vnionis.

Idem ferè afferit Author Collectaneorum Maronitarum, qui Interrogatione 12. sic habet:

السوال يب

هل المسيح يقال عنه انه قادر
علي كل شي ام عاجز ولا يقدر
على كل شى لان الانجيل قال ان
المسيح دخل الى بيت واراد ان
لم يعلم به احد فلم يقدر ان يخفى ۞

الجواب

المسيح من جهة ناسوته كان يريد
ان يخفي فلم يقدر لكن من
جهة لاهوته هو قادر على كل شى
ويفعل كل ما اراد كقول المزمور
كلما

كلما شآ الرب صنعه فى الارض. والسمآ والابحار وجميع الاعماق. فحيث ان المسيح كان لا يريد ويفعل ويريد ولا يقدر يفعل. فله بالضروره مشيتين ثابتين متحدتين بلا افتراق ولا تضادد بل الناسوتيه تخضع للاهوتيه. فالذى يقول مشيه واحده ضد هذا القول فهو تجديف. فاما من يفهم معنا المشيه الواحده اى ان بالاتحاد والاتفاق صار المراد واحد كما ان رجلين او اكثر يتفقوا فى امر واحد فتصير مشيتهم فيه واحده مع ان لكل واحد مشيه لذاته فيقال ان مشيتهم مشيه واحده فبهذا القياس ليس تعدم احدى المشيتين بل المفهوم من المشيه الواحده اى

ان

ان المراد واحد والقصد واحد
مع ثبات ان للاهوت له مشيه
والناسوت له مشيه فهذين
بغير افتراق بل القولين
بهذا المعنا واحد ۞

Interrogatio 12.

Vtrùm dicendum eſt de Chriſto, quòd ſit omnipotens, vel impotens, & quòd non poſſit omnia, quia Euangelium ait, quòd Chriſtus ingreſſus eſſet quamdam domum, & voluiſſet vt nemo ſciret, & non potuit abſcondi.

Reſponſio.

Chriſtus ratione ſuæ humanitatis volebat abſcondi, & non poterat; at ratione ſuæ diuinitatis, poteſt omnia, & operatur quæcunque vult iuxta Pſalmum, quidquid voluit Dominus, fecit in Terra, & in Cælo, & in Maribus, & in omnibus abyſſis. Cùm ergò Chriſtus nolebat, & operabatur, & volebat, & non pote-

te-

terat operari, necessariò est præditus duabus voluntatibut permanentibus vnitis, sine separatione, & contrarietate, sed humana Diuinæ subijcitur. Quicunque ergò astruerit vnam voluntatem, contrà hanc sententiam, blasphemus est. Si quis verò intelligit, nomine, & sensu vnius voluntatis, quòd ratione vnionis, & consensus facta sit vna volitio, quemadmodum cùm duo viri, aut plures consenserint in vnam rem, eorum voluntas in ea re vna fit, quamquam eorum quisque propria præditus sit voluntate, nihilominùs eorum voluntas vna dicitur; iuxtà hanc autem rationem nulla perijt duarũ voluntatum, sed intelligitur, nomine vnius voluntatis, quòd volitio sit vna, & propositum vnum, permanentibus tamen voluntate diuinitatis, & voluntate humanitatis sine separatione; vtraque autem sententia iuxtà hunc sensum eadem est. Ex quibus textibus colligitur, asserentes hoc modo vnam voluntatem, nõ intelligere in Christo Domino esse vnicam tantùm voluntatem præcisè, sed non esse in eo duas voluntates contrarias, sed tantùm humanam, diuinæ subijci, & eius imperia implere, quo nil magis Catholicum est, teste ipsamet sexta Generali

Sy-

Synodo, vbi act. decimâ ſeptimâ legitur: *Duas naturales operationes indiuiſe ſecundùm Patrum doctrinam æquè prædicamus, & duas naturales voluntates non contrarias abſit, iuxtà quod impij aſſeruerunt Hæretici, ſed ſequentem humanam eius voluntatem, & non reſiſtentem, vel reluctantem, ſed potius ſubiectam diuinæ eius, atque omnipotenti voluntati; oportebat enim eius carnis voluntatem moueri, ſubijci verò voluntati eius diuinæ, iuxtà Sapientiſſimum Athanaſium.*

LXV. An Monothelitæ fuerint Maronitæ ſinguli.

Fieri potuit vt hoc, quo diuiſi ſunt inter ſe Maronitæ, Schiſma, vti modò narrabamus, in Cyprum quoque Inſulam peruaſerit, & pleroſque corruperit, verèque ſcripſerit Philippus Mazerius in vitâ Sancti Petri Thomæ, & Pater Reynaldus in ſuis Annalibus, quibus adhæret R. S. P. ad notas ſuprà memoratas ad caput 19. Cyprios Maronitas Schiſmaticos, & Monothelitas fuiſſe, & Eliam Epiſcopum Schiſma, & hæreſim apud Andream Epiſcopum Coloſſenſem, & Nuntium Apoſtolicum eiuraſſe. Quanquam non facilè crediderim Cyprios Maronitas magnam ad partem hâc hæreſi laboraſſe; cùm enim, vt conſtat ex omnium Anna-

lium

lium fide, tùnc temporis Eugenij Quarti Papæ ſcilicet ætate, Maronitas, eorumque Patriarchas, quibus plurimùm plebs defert, fuiſſe Catholicos, & Romanæ Eccleſiæ coniunctiſſimos; & teſtetur ipſe VVillielmus Tyrius, Maronitas omnes cum ſuo Patriarchâ ſe Romanæ Eccleſiæ reconciliaſſe diù antè Eugenij Quarti tēpora. Quis credat Cyprios omnes, vel pleroſque obſtitiſſe vnioni, & in errore perſeueraſſe, nequè curaſſe quidquam, vel Patriarcharum ſuorum Auctoritatem, vel Maronitarum aliorum inſigne exemplū, vel Principum Francorum, qui tunc in Cypro regnabant, amorem. Ego qui nolim teſtes tantæ notæ, quos modo memorauimus, arguere malæ fidei; rem ità contigiſſe exiſtimo, fuiſſe re uerâ Maronitas aliquos in Cypro, ad quos Schiſmatis ſuprà memorati virus peruenerit, & apud quos etiā hæſerit ad Eugenij Quarti tempora, & Eliam Epiſcopum, vel errore, & Schiſmate laboraſſe, vel veniſſe ſaltem in ſuſpicionem; quamobrem coactus ſit, vt Eccleſiæ Romanæ ſatisfaceret, Schiſma illud & errores eiuraſſe. Sed iā ad Schiſma Maronitarū aliud, ſermonē conuertamus.

LXVI. Si fuerunt certe non maximo, illi numero.

LXVII. Conciliantur Auctores;

Pacatis itaque Thomæ Kfartabenſis ſeditionibus, non ceſſauit tamen inter Maronitas omnis omninò diſſenſio. Nam humani generis hoſtis ægrè ferens Nationem hanc in Oriente vnicam, vt pote quæ auitam Apoſtolorum Catholicam fidem inconcuſſè ſemper retinuiſſet, ac retineret, omni induſtriâ ad illam euertendam nouos conatus, varijs temporibus adhibuit; quò circà ſuſcitauit quendam *Ebn Sciehban* nuncupatum, Natione Græcum, qui per aliqua Libani loca Iacobitarum, ac Dioſcori errores promulgare contendit, & ſeductus à quodam Archiepiſcopo cognomento *Eſau*, aſſerere inter Maronitas cum ipſo auſus eſt, ſignum, Crucis vno tantùm digito debere fieri, proùt Iacobitæ vſurpant, ad denotandam vnam in Chriſto naturam, & docebant, Concilium Quartum Chalcedonenſe eſſe damnandum vnà cum Leone Summo Pontifice, & Marciano Imperatore, ſic enim habetur in ſupràcitato Chronico.

LXVIII. Græcus quidam Iacobita, Maronitas inficere Dioſcori erroribus conatur.

ابن شعبان كان من جردين منه
تداسل الطغيان . من اصله كان
يوناني .

يوناني . وبعد ذلك صار ماروني جا اليه
داسوس ملعون يدعى عيسى
باسم مطران . علمون يصلبون في
واحد صابع ويمكرون مجمع
الرابع . وبابا لاون وملك
الارثدوكسي مرقيان ✿

Ebn Sciehban erat ex Hardin , *ex eo ortus est error, genere Græcus erat, & postea factus est Maronita, venit ad illum Socius infamis, qui vocabatur Esau Archiepiscopus, docuerunt, signum Crucis vno digito faciendum, & condemnandum esse Concilium quartum, Papam Leonem, & Imperatorem Marcianum .*

His non contentus Maronitarum genti Catholicæ infensissimus Dæmon, duos excitauit Monachos, vnum ex Pago *Ianubh*, & alterum ex *Darnebuhh*, Cœperunt isti contra Christum blasphemare asserentes, illum non habuisse animam, neque pati, neque sentire potuisse ; quod incendium cùm Summus Romanus Pontifex extinguere curasset, qui tùm temporis Patriarcha erat, Lucas nomine, ori- LXIX. Alias hæreses, alij inuehere contendunt .

undus ex Oppido *Bnehran*, noluit Nuntios Summi Pontificis ad se missos excipere: quâ de causâ Summus Pontifex in illum, & in eius asseclas excommunicationis sententiam tulit, vt in eodem Chronico.

ابليس ابو كل الطغيان . نظر شغب
بطروق اسه فرتهستان . نصانه وارمناه
في احزان . من اجل اثنين كانوا
رهبان . وكان الواحد منهم يانوح .
والاخر من دير نوح اكبر وزوا في
سر موطوح . تكلم به روح الشيطان .
قالوا له انه ليس كان له نفس .
ولا تعب بعقل ولا حس . سمع
البابا في عداوتهم . ارسل فصاد
ووعظهم البطرك ليس راد يقبلهم .
كان اسمه لوقا من بهران . بعث
البابا احرمهم . وشعلت بينهم
النيران . وصار اشقاق من اجل اثنين ۞

Dæmon omnis deceptionis parens cùm per-

spe-

spexisset Maronitarum populum exultantem, eique inuidens, illū mœstitia affecit, duorum Monachorum opera; primus erat ex Oppido Innubh, alter verò ex Darnebuhh, *ambo pie diabolico asserebant spiritu, Christum non habuisse animam, neque pati, neque sentire potuisse. Horum rebellio cum ad Papam peruenisset, misit Nuntios, vt eos reconciliaret, quos Patriarcha, cuius nomen erat Lucas ex Oppido* Bnehran, *noluit admittere, eos Pontifex excommunicauit, & inter illos ignis accensus est; ideoque Schisma propter illos duos emersit.* Quòd permansit vsque ad electionem Hieremiæ Patriarchæ Successoris præfati Lucæ, qui constituto Theodoro Episcopo ex *Kfarfu* eius in Patriarchatu Vicario, Romam se contulit, Pontifice Maximo Innocentio Tertio regnante, & diuisam in partes Nationem ad concordiam, & pacem reuocauit, annitente VVillielmo Cardinali Sancti Marcelli, quem idem Summus Pontifex in Syriam miserat, vt colligitur ex Bulla eiusdemmet Innocentij Tertij ad Hieremiam Patriarcham Sedis Antiochenæ, & asserit eundem Hieremiam Concilio Lateranensi interfuisse, & confirmantur hæc ex

LXX. Lucas Patriarcha Schismaticus excomunicatus à Pontifice.

LXXI. Hieremias eius successor Catholicus, turbas sedat.

eodem Chronico Maronitarum, vbi post exortarum contentionum descriptiones inter eiusdem Nationis Magnates ob præfatum Schisma, subdit Principem quemdam, seù Regulum in Prouinciâ Bibliensi, instantèr rogasse Hieremiam Patriarchã, vt se Romam conferret, ac peteret à Summo Pontifice excommunicationis absolutionem, pro his qui vinculo eiusdem vincti erant, sic enim legitur:

ملك جبيل طلب البطرك ارميا .
وقال له نحن اليوم احيا . ادخل
لروميه في حركه . حل الحروم وهات
لنا بركه . سافر البطرك في الليل .
شماس معه من هابيل . في حفظه
كتاب الانجيل . وشحيم
صغير خلف الحميل ۞

LXXII. Romã profectus excipitur à Pontifice.

Dominus Bybli rogauit Patriarcham Hieremiam, & dixit ei Modò viuimus, Romam ingredere celeriter, aufer à nobis excommunicationis vinculum, & affer nobis benedictionem. Profectus est noctu Patriarcha cum Cle-

Clerico ex Oppido Habil, *qui Euangelium, paruumque Officium post ſarcinam, ſinu geſtabat*. Cùm igitur Romam perueniſſet, Summi Pontificis pedibus prouolutus ſic locutus eſt:

مبعوث وجيت زاير قدسك واعيش
تحت حافر فرسك. نايب ايسوع
دعيت نفسك. انعم علي في احسان.
بكى البابا ومن حوله. لمّا افتهموا
قوله نظروا اتّطاعه بافعاله. طلبوا
بتطرع باساله. وكل ما طلب منّه
ناله. وصار عنده مسرور وفرحان.
خمس سنين وستة اشهر. حتّى
اعطوه دستور. خرج من روميه
وهو مسرور. انعم عليه واعطاه
سلطان. بعث معه الكردينال
غوليمو في سلطانه وفي ختمه.
انّه يكتب في قلمه. امانة
اهل جبل لبنان ۞

Ve-

Veni missus, vt Sanctitatem Tuam viserem, & vitam ducam sub puluere pedum equi Tui. Vicarium Christi Te voco; largire mihi gratiam tuam. Fleuit Pontifex, & qui cum ipso erant, audientes has voces, operibusque humilitatem eius perspexerunt, petieruntque à Pontifice, vt illum solaretur, ideòque quidquid petijt ei concessit, & moratus est ibi magna cum lætitia. Post quinque annos, & sex menses licentiam redeundi obtinuit; egressus est Roma exultans, quia Pontifex ei impertitus erat omnem potestatem, misit cum eo Cardinalem VVillielmum cum potestate, ac eius sigillo, vt eius calamo scriberet fidem populi Montis Libani. Cùm igitur Româ discessisset an. 1215. mense Ianuario, Tripolim appulit mẽse Martio. Vix fama inter Maronitas de aduentu sui Patriarchæ sparsa est, ex eis non tantùm Magnates, verùm etiam cuiusque conditionis viri, operâ Theodori Episcopi, Patriarchæ Vicarij, se Tripolim contulerunt, Vbi acceptâ benedictione, nec non absolutione ab excommunicatione, qui eâ indigebant, habita fuit in eâdem Vrbe Congregatio generalis, in quâ omnes professi sunt, se fidem Petri retenturos,

LXXIIII. Redijt Tripolim.

eam.

eamque propriâ manu firmarunt, vti prosequitur idem Chronicon :

الف وميتين وخمسة عشر عام.
لتجمعى سينديا بافهام. بكانون الثاني
ثلاث ايام. خرج من روميه وهو
فرحان. ووصل لطرابلوس في ادار.
ودقوا النواقيس على الاسوار.
وطلعت عمة الاخبار. وقالون
بطرك جبل لبنان. الاسقف
تادروس من كفرفو. كان خلاه نايب
خلفه. وجمع اكثرهم هناك.
وليس تصرفوا حتى اقتبلوا منه
البركات. وحلوهم من اللعنات.
حلفوا وحطوا خطوط اياديهم.
امانة بطرس تكفيهم. ولا عاد
هرطيقى يطغيهم. ويسكن جبل
لبنان. ميتين وسبعين في الاتفاق.
مكتوب خطوطهم بالاوراق.

وليس

وليس في اسامهم انزهاق .
موجودين حتى الان ۞

Anno Incarnationis Dominicæ 1215. die tertia mensis Ianuarij, egressus est Roma exultans, peruenit Tripolim mense Martio, & super muros Ciuitatis tympana sonuere, & statim emanauit fama de aduentu Patriarchæ Montis Libani. Theodorus ex Kfarfu Episcopus, quem eius Vicarium Patriarcha constituerat; magnam populi multitudinem ibi collegit, & nequaquam exultauit, nisi post susceptam ab eo benedictionem, & absolutionem ab excommunicatione, & propria subscriptione iuramento firmarunt, se non retenturos, nisi fidem Petri: quo peracto nullus Hæreticus visus est zizanias inter ipsos seminare, neque habitare in monte Libano. Ducenti, ac septuaginta fuere, qui præfatam firmarunt scripturam, neque aliqua extat corruptela in nominibus, quæ vsque adhuc inueniuntur.

Hæc omnia confirmantur ex Gabriele Qlai in Poemate Hæreticorum. Ait enim, Congregatione hanc fuisse habitam Tripoli à Hieremiâ Patriarchâ an. 1250.

الذى حلفه البطرك ارامیا .
وخطوط شعبه عنده رويا . بطرابلوس
صارت الاشيا بيمان ثابت حقانى .
وكان سنة الف ميتين وخمسين .
بتاريخ التجسد الى دا الحين . كل روسا
مارون يكونوا طايعين ✿

Quod iuramento firmauit Patriarcha Hieremias cum ſubſcriptione ſui populi, factum eſt Tripoli fide firma, ac vera, anno 1250. Incarnationis; omnes Antiſtites Maronitæ obedientes viuerent, Sanctæ ſcilicet Eccleſiæ.

Hìc inſurgent fortaſſe Scriptores ex Recentioribus, & aſſerent, Maronitarum Hiſtorias pro præſenti inſtituto ſuſpicioni eſſe obnoxias, ac nullius ad probandum momenti, cùm ſuorum in gratiam, & laudem loquantur. At amabò, res Maronitarum quis noſſe veriùs poteſt ipſis Maronitis? an Romanorum Hiſtoriæ nulla habenda eſt fides, quia eſt ab Romanis conſcripta? an præclarè geſta per Francos repudianda ſunt, quia ſunt ab Francis annalium commendata memoriæ?

LXXIV. Varijs argumentis efficitur, nec Maronem, nec Maronitas fuiſſe hæreticos.

riæ? Adde quòd hæc non sunt à Maronitis vnis cōscripta, sed habeantur etiā ex aliorum libris, ipsorum etiam Hæreticorum, qui acerbissimis Maronitas odijs, non hodie tantùm, sed olim, vt ex dictis, propter Orthodoxam fidem vexarunt. Præterea si Maro, vel Author Monothelismi fuisset, vel in Monothelitis Princeps, si eius hæresim secuti sunt Maronitæ, cur Patres, cur Concilia, cùm recenseant Hæreticorum nomina, de ijs omninò silent? cur saltem Ioannes Damascenus, qui Hæreticorum Catalogum tam accuratè descripsit, Maronem illum, & Maronitas prætermisit? quos nescire non potuit, cùm Damasco in suis montibus imminerent, quosque maximè memorare debuisset, vt potentes vicinos, & magni nominis, ac famæ, vt testatur VVillielmus Tyrius, quorum Authorem Maronem vult Eutychius caput extitisse Maronitarum? Cur qui græcè scripserunt, nullus eos inter Hæreticos recenset. Certè Nicephorus Calixtus, qui Orientalium Hæreses in sua Historia Ecclesiastica, ac præcipuè libro 18. acri stylo insectatus est, de hoc autē Marone, ac Maronitis verbū nullum omninò fecit.

LXXV. Falsò dicuntur Maronitæ in textu Synodo damnati

LXXVI. Vnde factum, vt Summi Pontifices viderētur errorē quēdam tribuere Maronitis

Quàm

Quàm falsa igitur sint horum Auctorum argumenta ex V. Villielmo Tyrio desumpta libro 22. belli Sacri cap. 8. vbi sic: *Maronis autem error & sequacium eius est, & fuit, sicut ex sexta Synodo legitur, quæ contra eos lata esse dignoscitur, & in qua damnationis sententiam pertulerunt, quòd in Domino nostro Iesu Christo vna tantum sit, & fuerit ab initio voluntas, & operatio.* Ex quo forsan desumpsit Franciscus Ballarinus, Maronitas in sexta generali Synodo Epistolas Honorij exhibuisse, pro quarum assertionum confutatione sufficit tantùm in medium adducere omnia Concilia huc vsque habita; ac præsertim ab eis citata sexta Generalis Synodus, in quibus nec Maronis, nec Maronitarum vlla extat mentio, nè dùm damnatio.

LXXV. Falsò dicuntur Maronitæ in sexta Synodo dānati.

In epilogo Sac. Cardin. 44.

Nec iuuat asserere errores Maronitarum, quamuis in Concilijs & Sanctis Patribus non inueniantur, illos tamen à Summis Pontificibus attribui Maronitis, ac præcipuè in Bullis Innocentij tertij, Alexandri Quarti, & Leonis Decimi; imò eosdem errores compertos haberi in ipsismet Maronitarum Ecclesiasticis Codicibus.

LXXVI Vndè factum, vt Summi Pontifices videantur errores quosdam tribuere Maronitis.

Quod enim spectat ad diplomata Pontificia, ex dictis desumitur, vel illos toti Nationi nequaquam attribui, sed illis tantùm, qui ex eâdem Natione à rectâ desciuerant semitâ, vti superius retulimus; vel sic scripsisse præfatos Summos Pontifices ex errore facti, ex falsâ nimirum illis traditâ relatione, vt aduertit Hieronymus Dandinus ex Soc. Iesu Visitator Apostolicus à Clemente Octauo ad Montem Libanum missus, qui cap. 18. suæ missionis ait Maronitas asserere: *Diplomata Summorum Pontificum fuisse eo modo exarata ex falsa relatione ijs missa, quod ita esse inueni, dùm perspexi eorum proprios Codices Catholicæ haudquaquam aduersari veritati; quæ distinctio, ac librorum selectio, cùm non esset habita ab alijs, ea qua perquirebatur, diligentia, mirùm non est in Bullis Summorum Pontificum, varios errores Maronitis attribui; vtque veritas magis elucescat obseruandum est, omnes Bullas fuisse extractas ad verbũ ab illa Innocentij Tertij, quod diploma non loquitur de solis Maronitis, sed etiam de Græcis, qui tunc in Tripoliana Vrbe vnà simul Romanæ Ecclesiæ præstitere obedientiam coram Cardinali Sancti Marcelli Legato Apostolico in partibus*

Orien-

Orientalibus, ex quo factum est, vt errores vnius Nationis imposita fuerint alteri. Idem prorsus affirmat Thomas Biatiensis cap. 25. tractatus de procuranda salute omnium gentium, vbi loquens de Maronitis sic habet. *Cæterum apud Patriarcham diligenter asseruantur diplomata Pontificia Romanæ Sedis, iam inde vsque ab Innocentio Tertio, & deinceps à reliquis Pontificibus, qui ad eos, vel Legatum aliquando Cardinalem Sancti Marcelli, vel ad alios miserunt; cùm in litteris Pontificijs olim admoniti fuissent Maronitæ, vnà cùm Græcis ne aliquos errores tenerent, sed abijcerent, factum est, vt à quibusdam, qui eo ex Vrbe commigrauerant, existimarentur, ijsdem Maronitas erroribus teneri, quibus plerique Græci implicarentur, nimirùm Processionis Spiritus Sancti à Patre duntaxat, negationis Purgatorij, & aliorum huiusmodi dogmatum; at Maronitæ ingenuè testati sunt ab ijs erroribus se esse alienissimos, verùm etiam plura in suis libris, ac Liturgijs demonstrarunt, quibus & Catholica dogmata constanter tuentur, & reipsa in Anniuersarijs, cæterisque Defunctorum Officijs crebri sunt.*

Quòd autem in eiusdemmet Nationis

LXXVII. Vndè errores aliqui in Maronitarũ libros irrepſerunt.

nis libris aliquæ comperiantur hæreſes, ac preſertim de vnicâ in Chriſto Domino naturâ ac voluntate, hoc contigiſſe ambigendum nequaquam eſt Iacobitarum dolo, quicùm eâdem, ſicut & Maronitæ, linguâ vtantur Syriacâ, ad hæc vſque tempora eorum Codices corrumpentes, prauos eorum errores inter Maronitas curarunt diffundere, de quâ re conqueſtus eſt Petrus Patriarcha Maronitarum in Epiſtolâ ad Cardinalem Antonium Caraffam ergà Maronitarum Collegium, ac Nationem beneficentiſſimũ exaratâ anno 1578. die 25. Auguſti, vbi:

وان يا اخي احد يكتبلكم شي ان
وجد في كتبنا بعض كلام مضادد
الكنيسة المقدسه ليس نقبل
ذلك خرج عن الكنيسة المقدسه
لكن يكون تداخل ذلك بعض
شي من النسخات من السباط الذي
حولنا علي طول مدة الزمان . يا
اخي طيب خاطرك من صوبنا
لاننا

لاننا ماسةين من قديم الزمان
متمسكين ومعتقدين على الكنيسة
الرسوليه الرومانيه ولا نحكى
معكم فى افواهنا قط بل بالفم
والقلب الاه يشهد لنا بذلك ۞

Et quia frater mi erit aliquis, qui vobis scribet, in nostris libris inuenisse aliqua verba, Sanctam Ecclesiam oppugnantia, nos non recipimus, nisi quod recipit Sancta Ecclesia, & quod inuenitur in exemplaribus potuerunt ingredi & immisceri in illis (scilicet libris nostris) *nonnulla ex Codicibus Nationum, quæ sunt circa nos per multum tempus, frater mi omnem deponas suspicionem de rectitudine nostra, ab antiquo fundati sumus in fide Sancta Ecclesia Apostolica Romana, quam semper sumus amplexi, & nequaquam vobiscum tantùm ore loquimur, sed ore simul ac corde, & Deus de hoc sit testis.* In cuius rei comprobationem ait Thomas Biatiensis supracitato cap. 22. *Quin etiam cùm astu Iacobitarum, apud quos non paucæ sunt hæreses, varij libri disseminati fuissent inter Maroni-*

nitas, accidit, vt qui eos reperit, dùm ex Vrbe missus est, putaret Maronitarum esse errores, qui reuera sunt Iacobitarum, quamobrem conquesti sese purgarunt. Imò ipsemet Dandinus in suo libro missionis ad Montem Libanum cap. 26. idem propemodum asserit, subditque: *Mihi dictum fuit, paucis ab hinc annis Iacobitas introduxisse in illam regionem quinquaginta mulos suis libris onustos.*

Ego verò, quod Dandino relatum est de mulis quinquaginta, non facilè crediderim, at deprauatos esse ab Hæreticis Maronitarum libros, aliquos pro compertissimo habeo. Et hinc patet quòd antiqui reperiuntur apud Maronitas Codices prorsùs illibati, cuius rei testis est omni exceptione maior Vir summæ virtutis, & reconditissimæ eruditionis, ac in Theologicis facultatibus, & Ecclesiasticis Histórijs, Occidentalisque ac Orientalis Ecclesiæ ritibus præclarè si quis vnquam alius versatus Illustrissimus ac Reuerendissimus Dominus Stephanus Petrus Edenensis Antiochænæ Sedis Patriarcha Maronitarum, hic enim in epistolâ quâdam primo Ianuarij 1674. ad me datâ sic consul-

sultus à me, mihi respondit:

لكن الله سبحانه كما هو مدبر بيعته ومتولى خلاصنا ليس اراد ان تفسد جميع النسخات بل بعض كتب يكونوا مغيرين وناقصين وبعضهم بعينهم كاملين بلا مكر ۞

At Deus, cui laus, vti suæ Ecclesiæ gubernator, nostræque cupidus salutis, ne omnia corrumperentur exemplaria prouidit, quia aliqui Codices sunt variati, ac mutilati, ijdemque prorsus illæsi ac perfecti vllo absque dolo inueniuntur. Quod confirmat præfatus Dandinus cap. 27. *se legisse in aliquibus Maronitarum exemplaribus, nescio quid de vnica voluntate ac operatione Christi Domini*. Et cap. 28. ait: *Maronitæ professi sunt in Christo Domino vnam personam, & hanc esse diuinam cum duabus naturis, voluntatibus, ac operationibus, vnam diuinam, & alteram humanam, egomet magno animi mei solatio legi de hac materia amplum testimonium in eorum veris ac legitimis libris.*

Si quis autem diligentiùs perquirat,

quâ viâ hæc potuerit corruptela in Maronitarum libros inuehi, dicam quod mihi ex eodem Illustrissimo ac Reuerendissimo Patriarcha Domino Stephano Edenensi retulit Admodũ Reuerendus Pater ac eruditissimus Vir Michael Nau è Societate Iesu per multos annos in Syriâ versatus, ac in perscrutandis penitiùs Orientaliũ dogmatibus accuratissimus, nempè cùm esset vallis illa amœnissima ac sanctissima *Faradis* dicta, id est Paradisus in Iugo Montis Libani, sanctissimorum Monachorum vitâ & multitudine, per totam Syriam celeberrima, multos ex vniuersis Christianorum sectis ad ipsos inuisendos confluere solitos fuisse, ac præcipuè è Iacobitis & Monothelitis, qui ipsorum linguâ vtebantur. Hi porrò Hæretici per fraudem ac dolos varios, & simulatâ virtutis specie, demereri illorum animos conabantur, & quasi se illis traderent in disciplinam, apud ipsos diù prætextu ediscendi religiosi instituti versabantur, & arreptâ occasione vel describebãt libros, in quos inducebant errorem suum, vel iam descriptos adulterabant. Atque hoc constare hinc videtur, quòd in his libris dua-

duarum aliquando naturarum & voluntatum Christi, & aliquando naturarum duarum, & vnius voluntatis habeatur mentio. Deus scilicet non passus est, vt libros illos deprauarent, vt faciliùs fraus Hæreticorum appareret. Addam quod ipse conijcio in illis Thomę Kfartabensis dissensionibus, etiam è Maronitis aliquos qui ipsi adhærebant, Hæresim suam, suis libris aspersisse, qui libri posteà non sic tolli omnes potuerunt, vt non saltem aliqui permanerent. Denique cùm Præfectus ille Bsciarrensis, qui toti præerat Regioni, Iacobitas passus est inter Maronitas versari, sparserant illì pro libidine libros suos, cùmque ipsi eiecti sunt, ipsorum libri non pauci apud Maronitas relicti sunt, quos illi incautè nimiùm asseruarunt, & posteris quasi hæreditate transmiserùnt.

LXXVIII. Zelo fidei Antistites Maronitæ multos libros comburunt.

Hinc factum est, vt nominati Patriarchæ, alijque nimio zelo correpti, multos pretiosos Codices igni dederint, quorum nulla superfuerunt exemplaria, haud scio, an commodo Nationis, an damno; certè separando pretiosum à vili multa potuissent eruditi hìnc eruere, quibus

Ecclesiasticæ Historiæ, non parùm luminis afferrent. At in hoc laudanda est Maiorum virtus, & prudentia: nam vt aiebat ille, nescio quis, *Satiùs est non prosit; quod obesse potest*. Hanc librorum combustionem commemorat Ludouicus Godefridus in Archontologia Cosmica in tractatu de Asia, necnon in libro Anonymo Lugduni impresso anno 1634. cuius titulus est, *les Estats, & Principautes du monde*. Ad contundendam igitur hanc Hæreticorum proteruiam, Summi Romani Pontifices, ac Sacra Congregatio de Propaganda fide, instantibus ipsomet Patriarchâ, ac cæteris præfatæ Nationis Magnatibus, typis, liberali manu dari mandarunt Maronitarum Officia ferialia, nec non illud Sanctorum de tempore, ac Defunctorum, & in dies supplices porrigunt libellos pro cæterorum librorum Ecclesiasticorum impressione, ac præcipuè Officij Quadragesimalis, ac Maioris hebdomadæ, ne illa imposterũ possint ab Hæreticis pro eorũ libito, suis infici erroribus.

Constat ex dictis, Maronitarum Nationem reliquias esse illorum Christianorum in Syriâ, qui ab auitâ Apstolorum

fi-

fide haudquaquã desciuere, illamque inter tot circumstantes Infidelium, & Schismaticorum sectas, vt vtar verbis Gregorij XIII. in Bullâ erectionis Collegij Maronitarum de Vrbe, retinent, & licet ex ea nonnulli per aliquod breue tempus aliter senserint, nihilominùs Natio ipsa aduersùs tot hostium insultus, inconcussa, atque imperterrita ad hunc vsque diem gloriosissimè permanet.

LXXIX. Insulsa quorundam exprobratio de Maronitarum paupertate, & ignorantia.

Afferant quidquid lubet aliqui ex Recentioribus, Nationem hanc pauperculam esse in Syriâ, scientijsque minimè imbutam, exceptis Collegij Maronitarum de Vrbe Alumnis; hæc enim gaudet suâ paupertate, ac ignorantiâ, dùm per tot sæculorum decursus hucusquè inter Orientalium Nationes, vnica numeretur, quæ Catholicam fidem, spretis Infidelium minis, atque Hæreticorum blanditijs, semper seruauerit illibatam. Neque æquũ est, vt propter aliquorum defectionem dicatur Natio defecisse; nam, quæso, si parua conferre cum magnis licet: nullus prudenter scriberet Christianissimum Franciæ Regnum, Ecclesiæ Catholicæ decus, & propugnaculum, ab eâ

 ali-

aliquando defeciſſe, quia ſęculo proximè elapſo Caluini Hæreſim, non Principes modò multi ſeculares, ſed etiam Eccleſiaſtici aliqui, repugnantibus Regibus, & maximâ Principum aliorum parte, amplexi ſunt: & debitam Romanæ Eccleſiæ obedientiam negarunt.

LXXX. Chriſtianorum diuitiæ ſunt fides ac Religio Orthodoxa.

Quamquam autem paupertas dedecoris loco, apud Chriſti aſſeclas minimè ſit habenda, non ſunt ſic pauperes, ac ignobiles Maronitæ, vt non numerent familias multas in Libano nobiliſſimas, ac præſertim *Chazenianam*, & *Habeiſcianhm*, & in Vrbibus etiam pari cum cæteris Chriſtianis locupletibus fortunâ. Et quàm multi his etiã temporibus Templa, & Monaſteria ædificant, non ijs quidem ſumptibus, quo Europeæ conſtruuntur Baſilicæ, ſed ijs, quos Viri valdè pauperes non facerent.

At Maronitis abundè eſt, diuites eſſe in fide, quod commendabat Apoſtolus in Chriſtianis, & ipſe Illuſtriſſimus Abù Naufel Naderè Chazenorum familiâ Maronitarum Princeps, non tanti facit opes ſuas, quanti Catholicam Religionem, & Chriſtianum nomen, quod egregiè tutatus

tus

tus est omni operâ ad hoc vsque tempus, cuius virtutes Sancta Sedes Apostolica Principis titulo, & Romani Equitis dignitate, suis etiam duobus filijs *Abù Qansauh*, & *Abù Nasif* communicata, Rex Galliæ Christianissimus, Francorum Cõsulatu, & Veneti Domini, Venetorum cohonestarunt.

LXXXI. Recensentur aliqui è Maronitis scientia nobiles.

Nec possunt per conuicium ignorantiæ argui, magna enim scientia Christiano est, doctrinam à Christo, Ecclesiæ traditam habere illibatam. Maronitas quidem Latinorum Collegiorum Alumnos fatentur doctos, possum addere, & ex ijs doctissimos fuisse, in quibus eminet Illustrissimus, ac Reuerendissimus Dominus Stephanus Edenensis Antiochænæ Sedis Patriarcha, cuius scripta, & maximè volumina illa magna, quæ de Liturgijs Orientalibus, eorumque cum Latinâ Liturgiâ conciliatione elucubrauit, propemodum in lucem edenda, quantæ sit doctrinæ satis ostendent, vt non opus sit illum à me commendari pluribus. Quid etiam hic appellum Moysem Anaysium Cypri Archiepiscopum, qui Græcos Schismaticos varijs disputationibus redarguens, ab ijsdem

dem in odium fidei veneno, vita interfectus est? Quid Abrahamum Georgium ex Societate Iesu, qui Christi fidem, non voce modò, contra eius hostes, sed fuso etiã sanguine in Æthiopia defendit? Quid Sergium Risium Damasci Archiepiscopum, quem Romam Summus Pontifex Paulus Quintus euocauit, vt vacaret conciliandis Arabicis Biblijs cum vulgata editione? Quid Georgium Carmeniensem Hæreticorum terrorem communiter appellatum, Thesauri Syriaci Auctorem? Quorum hominum Imagines, Patres Societatis Iesu inter eruditos Viros, cùm celebrarent centesimum suum annum in Romano Collegio apposuerùnt? Quid Georgium Amiram Patriarcham, Syriacæ linguæ eximium Doctorẽ, ac Theologicarum facultatum præstantissimum? Quid Ioannem Leopardum Hesronitam ex Ordine Prædicatorum Archiepiscopum, & Patriarchæ Suffraganeum, qui eruditè conscripsit Arabicè Tractatum, cuius titulus est: *Vindemia Sacramentorum*? Quid Ioannem alium Hesronitam Archiepiscopum, qui varia de fide, ac Religione Orthodoxâ exarauit? Quid Isaacum Scia-
dren-

drenſem Archiepiſcopum Tripolitanum ab Federico Cardinali Borromeo Mediolanum accitum, vt locupletiſſimam illam ſuam Bibliothecam inſtrueret, prolixamque typis dedit Romæ Grammaticam Syriacam? Quid Michaelem Heſronitam Tripolis etiam Archiepiſcopum, à quo prodijt Arabicè deſcripta, & typis excuſa Calendarij emendatio? Quid Lucam Carpaſitam, & Petrum Domitium in Cypro Inſulâ Archiepiſcopos, & Ioſephum Gratiam Heſronitam nunc Tripolitanum Archiepiſcopum, & alios qui præfuerunt Maronitarum Eccleſijs benè eruditos? Quid Petrum Metoſcitam Cyprium ex Societate Ieſu, non linguarum modò ſcientiâ præclarum, ſed Theologicis diſciplinis, cuius extat Grammatica Syro-Latina, & liber alius Theologiæ moralis in Bibliothecâ Collegij Maronitarum de Vrbe? Quid Gabrielem Sionitam Ludouici XIII. Galliarum Regis linguarum Orientalium Interpretem, qui Geographiam Nubienſem Latinè reddidit, & vnà cum alijs Opuſculis typis mandauit Pariſijs? Quid Victorium Scialac Accurenſem Collegij Maronitarum, quod olim

lim Rauennæ erat, fundatorem, qui libri Iob versionem ex Syriaco in Latinum typis dedit, aliaque Opera apologeticè composuit? Quid commemorem Virum illum toti Orbi notissimum, varijs, & omni eruditione refertis libris Abrahamum Ecchellénsem, quem Europæi doctissimi, & Ecclesiæ Principes ob singularem doctrinam habuerunt charissimum, & suis præconijs, ac muneribus exornarunt. Quid Iosephum Anturinum Aleppensem ex Societate Iesu, cuius admirabilé in concionando facundiam, sæpe admirata Roma est, & ferè præclariores totius Italiæ Ciuitates, non minori fructu, quàm plausu audierunt.

Verùm sunt etiam ex ijs, qui Latinorum Collegia nè de limine quidem salutarunt, quos annumerare possumus saltem non indoctos: nam Latinorum Colleggiorum illi Alumni, qui prodeunt egregiè ab scientia parati, suos edocent, nec fieri potest, vt tanto in lumine, tenebræ densissimæ permaneant. Mitto Missionariorum labores, qui cùm videant Maronitas, Ecclesiæ Romanæ decus esse in Oriente, illos maximè adamant, & in

ijs erudiendis maximam ſuam operam, & ſingulare ſtudium collocant. Sed fuerunt etiam in Maronitis, qui bonitate ingenij præclarè vſi, ſuo proprio labore non contemnendam ſcientiam ſunt aſſecuti, inter quos Ioſeph Accurenſis Patriarcha, qui Grammaticam Syriacam oratione ſtrictâ edidit, quæ etiam typis excuſa extat Sac. Congregationis de propangadâ fide mandato, cuius Antiſtitis etiam ſcientia rerum Eccleſiaſticarum celebratur. Ioannes Safrenſis item Patriatcha in ſcientijs moralibus inſignis, & in rerum diuinarum contemplatione, ac vitæ ſanctimoniâ celeberrimus. Georgius Besbeelenus & ipſe Patriarcha linguarum multarum peritus, & Iuris Eccleſiaſtici ſui. Antonius Baneſius Archipresbyter in Diœcæſi Sidonienſi Poëta egregius, qui nonnulla poëmata de hiſtorijs ſui temporis, arabicè compilauit. Ioſeph de Ban Archipresbyter Aleppenſis, qui Gregoriani Calendarij reformationem induxit Aleppum, & defendit coram Baſsà Ciuitatis Prorege, contrà Græcorum, Armenorum, ac Iacobitarum Patriarchas eo ſucceſſu, vt omnibus admirationi fuerit, & facultatem con-

consecutus sit celebrandi pro voluntate, Paschatis. Penè omiseram Gabrielem Qlai, qui egregium de Sacramentis Tractatum conscripsit, & multa quæ ad Maronitarum Historiam pertinent, Carmine prosecutus est. Sed ommittere necesse est plurimos alios ne Lectori tædio sim. Non possum tamen prætermittere Illustrissimum Abû Naufel supra laudatum, qui Principis Abû Nader eius patris in armis strenuissimi, ac in varijs scientiarum artibus satis præclari, vestigia sequens, excellentis ingenij sui acumine, & assiduâ lectione rerum sacrarum, & prophanarum, eam doctrinam assecutus est, vt etiã in doctissimâ Europâ eruditus haberetur. Scripsit etiam Historiam Emiri Fakredditi, & alia multa suis temporibus gesta. Pari eruditione fuit notissimus inter Syriæ Magnates egregius ille Princeps *Abû Dhaher* ex vetustissimâ, ac Illustri *Hhabeisciorum* familiâ, cuius virtus eximia, ac præsertim in scientiâ rerum politicarum eò peruenit, vt Emir Fakreddinus, qui sub Amurathi IV. Imperio, totam ferè Syriam occupauerat, in grauioribus negotijs, prudenti eius semper vsus fuerit consi-

filio. Et hæc quidem quæ de Maronitarum diuitijs & doctrinâ retulimus, præter propositum fuit; sed cùm ij, qui illis hæresim adscripserunt, visi sint illis paupertatem, & ignorantiam obijcere, ratus sum mei officij esse, hâc illis digressione satisfacere.

LXXXII. Paucitas Virorum doctorum in Maronitarũ gente verti vitio non potest.

Verbo dicam, inter Syriæ Christianos nullos esse Maronitis doctiores; & doctissimos magno numero si iam reperire non sit, minimè mirum videri debet; cùm non sinat Turcarum vexatio, afflictissimos Christianos studijs vacare, cogatque ipsos alijs artibus se impendere, quibus victum sibi, & opes parent. Non mirum inquam est ijs, qui in Romanâ Ciuitate contigisse id etiam nouerunt Longobardorum tempore: nam, vt ait Baronius anno 680. Agatho Summus Pontifex ob doctorum Virorum inopiam, opus habuit ex Britanniâ accersere Theodorum Theologum, quem nec habere licuit, vt eum ad sextam generalem Synodum aduersùs Monothelitas celebrandã, Legatum Apostolicum mitteret. Deplorat idem Pontifex temporis illius, bonarum litterarum sterilitatem, quam assiduis Longobardorum

rum motibus, & rei familiaris curandæ necessario studio tribuit, vt legitur in eius Epistolâ ad Imperatores Constantinum, Heraclium, & Tiberium Augustos, *nam apud homines in medio gentium positos, & de labore corporis quotidianum victum cum summâ hæsitatione seu exercitatione conquirentes, quomodo ad plenum poterit inueniri Scripturarum scientia.* Obseruatque Baronius in Pontificis Epistolâ rectè notari, quod si desunt homines eruditi, qui defendant Ecclesiam doctrinâ suâ, nunquam deesse Sanctos Patres, & antiquas Traditiones, vndè lumen affulgeat, & errorum tenebræ dissipentur. Hæc nunc Maronitarum sors est, durissimam cùm patiantur Turcarum tyrannidem, ab quibus sua ferè omnia diripiuntur, vacare litteris otiosè non possunt: sed quòd omnis doctrinæ, & eruditionis instar est, Sanctorum suorum Patrum, ac præcipuè Sanctorum Iacobi Nisibensis, Ephrẽ Syri, & Isaac cognomento Philosophi, ad lucem incedunt, & maximè Romanam Ecclesiam intuentur, vt Luminare maius, quod Deus præesse huiusce sæculi nocti voluit.

Verùm, vt finem aliquando Dissertatio-

tioni huic imponamus. Iam credo constat, Iacobitarum errores fuisse Maronitis falsò adscriptos à citatis initio Auctoribus.

LXXXIII. Maronitæ Iacobitarum germen meritò dici non possunt.

Aiunt nonnulli, Iacobitarum saltem germen Maronitas fuisse, & hoc satis placet Peregrinationis ad Montem Libanū Patris Hieronymi Dandini commentatori dicam, an confutatori R. S. P. quia multos, inquit, habent Maronitæ cum Iacobitis communes libros. Ij porrò si generaliùs scripsissent, Maronitas Syrorum fuisse germen ex veritate dixissent, è quibus scilicet, Iacobitæ, Maronitæ, Monothelitæ, & alij quasi germen orti sunt; sed hoc discrimine, quòd cùm se alij diuellerent à Catholicā fide, illam tùm Maronitæ firmiùs retinuerunt, & complexi sunt. Libros autē cum Iacobitis communes, in quibus hæresis nulla continebatur, non iudicarunt sibi mutandos, quos proderat asseruare ad ipsorum etiam Iacobitarum confutationem. Et si communitas illa librorum, & cæremoniarum argumentum esset idoneum, quo probarentur Maronitæ è Iacobitis enatos esse, simili posset argumento confici, Hæreti-

 cos,

cos, germen esse Ecclesiæ Romanæ, quia cum illâ habent libros multos, & cæremonias communes. Verùm ea re nihil aliud efficitur, nisi Iacobitas, & Maronitas, antequam Iacobitæ ab Ecclesiâ secederent, vsos esse communibus quibusdam libris, vt Hæretici, antequam hæresim amplecterentur, communes habebant cum Ecclesiâ Orthodoxâ, quos etiam nunc retinent.

Constat etiam, quod Opusculo hoc toto demonstrauimus, Maronitas non fuisse è Monothelitarum sectâ, ideòque asseri nequaquam potest cum Timotheo Presbytero Constãtinopolitano citato à Ioanne Baptista Tamagnino in Historiâ Monothelitarum Scrutinio 3. § 22. reiectam à Maronitis fuisse quartam, quintam, & sextam Synodum, quæ omnia facilè reijciuntur, tam ex allatis textibus eorundemmet Iacobitarum, qui nunquam profitentur in sua Catechesi, Maronitas amplexos fuisse Iacobi, ac Dioscori dogmata, imò in illos inuehuntur propter susceptionem ab illis factam Concilij Chalcedonensis, pro cuius defensione, quanta passi sint Monachi Monasterij Beati Maronis, satis

su-

superque supra ostendimus, necnon eorum zelum, vt Actis Concilij quinti contra Seuerum, & Petrum Gnaffæum habitis, tota Syria obtemperaret; & in vetustissimo Codice Officij Circumcisionis Domini, & Sancti Basilij, quod à Maronitis recitatur, anathematizantur ad Matutinū Arius, Nestorius, Eutyches, & Dioscorus; & in Volumine Collectaneorum, confutatur error Petri Gnaffæi per Ioannem Maronem, de quibus alibi, Deo fauente, in Tractatu de Confutatione per vetustissimos Chaldæorum textus, hæresum Occidentalium, ac Orientalium, fusiùs discutiemus.

Quod verò Petauius ait loco citato Monophysitarum, & Theopaschitarum laborasse Hæresi, si hoc Nationi toti attribuit, è veritate dici non potest; si Maronitis duntaxat aliquibus non negarim fieri potuisse, quemadmodum è Germanis, & Gallis fuerunt aliqui Lutherani, ac Caluinistæ, quod nihil obstat quò minùs vt hæ Nationes Catholicæ sint. LXXXI.V Maronitæ neque Monothelitæ fuerunt neque Theopaschitæ.

Quod ait verò Damasceni Latinus Interpres Maronizare, qui Trisagio Crucifixionem addit, vt videantur Maronitæ LXXXV. Maronitæ Trisagium Orthodoxè recitant.

 Tri-

Trisagij corrupti Auctores; facile confutatur è Græco Damasceni textu, vbi nō *μυρονίζειν*, scribit, sed *παροινίζειν*, id est temulentè, atque ebriorum more facere, qui Crucifixionē addunt Trisagio. Id fieri quidem etiamnum à Maronitis fateor; sed sensu Catholico, & ab Romanâ Ecclesiâ non improbato, cùm illud in recognitis ipsorum Ecclesiasticis libris Romæ impressis reliquerit; sed tunc non refertur Trisagium ad Trinitatem Sanctissimam, sed ad Christum vnum, qui ter Sanctus, id est infinitè Sanctus, omnium confessione dicendus est: nam apud Maronitas Trisagium dupliciter accipitur; aliquando enim tribus applicatur personis, & tunc Crucifixionē addere impium, blasphemumq; esse arbitrantur; ac propterea nusquam in hoc sensu penes eos legitur hic Hymnus cum additione Crucis, vt videre est in ipsorum Missali post lectionem Euangelij, vbi sic:

ܩܕܝܫܬ ܐܠܗܐ ܩܕܝܫܬ ܚܝܠܬܢܐ

ܩܕܝܫܬ ܠܐ ܡܝܘܬܐ ܐܬܪܚܡ ܥܠܝܢ .

Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis miserere nobis. Aliquando verò so-

li tribuitur Filio, & tunc additur Crucifixio, qui verè crucifixus est Christus; imò in multis locis Breuiarij Maronitarum manifestè declaratur, & præsertim ad Maturinum Officij Natiuitatis Domini, sic:

ܩܕܝܫܐ ܐܠܗܐ ܕܒܡܘܠܕܟ ܩܕܝܫܐ ܦܪܩܬܢ ܡܢ
ܛܘܥܝܝܐ. ܩܕܝܫܐ ܚܝܠܬܢܐ ܕܚܝܠܬܗ
ܠܡܪܥܝܬܟ ܕܬܫܒܚ ܠܟ ܬܫܒܘܚܬܐ.
ܩܕܝܫܐ ܠܐ ܡܝܘܬܐ ܕܡܛܠ ܕܚܝܘ ܒܢܝ ܐܕܡ
ܒܡܘܠܕܟ ܡܚܝܢܐ ܠܟܠܐ. ܕܐܙܕܩܦܬ ܡܪܢ
ܚܠܦ ܥܕܬܟ ܘܦܪܩܬܗ ܒܝܘܡ ܡܘܠܕܟ
ܡܢ ܛܘܥܝܝܐ ܘܡܢ ܚܛܗܐ.

Sanctus Deus, qui Natiuitate tua sancta liberasti nos à seductionibus. Sanctus Fortis, qui fortificasti gregem tuum, vt canat Tibi gloriam. Sanctus Immortalis, quoniam mortales filij Adam vixerunt Natiuitate tua, viuificante omnes. Qui crucifixus es Domine noster pro Ecclesia tua, & liberasti eam die Natiuitatis tuæ ex seductione, & peccato.

Iam quod aiunt alij, fuisse Maronitas Idolorum cultores, & ad fidem Christi


adductos anno 1450. & alia huiuscemodi commenta per ridicula, confutatione non indiget, sed commiseratione Auctorum, qui se insulsis his narrationibus Orbi Vniuerso deridendos, potiùs præbent. Iam enim Relationem hanc falsam de Maronitis, quòd nimirùm fuerint olim Idololatræ, descriptam à Marco Episcopo Portuensi in Chronicis Sancti Francisci, satis superiùs impugnauimus.

Ijs proximè accedunt, qui Maronitarum genus accersunt ex Indiâ nullo teste. Miror quòd non euocauerint potiùs è Thracia. Hic enim reperire potuissent Ciconum Ciuitatem, nomine Maronæam, cuius Incolæ, & Ciues, Maronitæ dicebantur, de quibus intelligenda esse existimo ea Philippi Regis Macedonum orationis verba apud Titum Liuium libro trigesimo nono habitæ ad Q. Cæcilium, aliosque Legatos à Romanis in Macedoniam missos. *Non cum Maronitis mihi*, inquit Philippus Rex, *aut cum Eumene disceptatio est, sed iam vobiscum Romani*; ex quibus patet Maronitas illos, à Maronæa ita fuisse appellatos.

tos. Ijs, & illis prudentiam maiorem, & accuratiorem in scribendo diligentiam apprecamur. Tibi verò beneuole Lector omnem in Christo fælicitatem.

Laus Deo.

FINIS.



INDEX RERVM NOTABILIVM.



A

ABed Iesù ordinatur Patriarcha Assyriorum à Pio Quarto. pag. 49.
Abù Dhaher Maronita ex Hhabeisciana familia, ob eius virtutes, maximæ fuit existimationis, ac famæ apud Emirum Fakreddinum. 126.
Abù Nader Maronita in armis strenuissimus. ibidem.
Abù Naufel Princeps Agialtonis, cum duobus eius filijs à Sede Apostolica Romani Equitis dignitate cohonestantur. 121. & ille decoratur Consulatu Gallorum, & Venetorum. ibidem.
Acephali Maronitarum insectatores. 11.
Alexandri Archimandritæ, seu Abbatis Sancti Maronis subscriptio Epistolæ ad Hormisdam Summum Pontificem. 11. Ad Epi-

Alexandri IV. Summi Pontificis Bullæ respondetur. 109.
Alexander VII. Summus Pontifex confirmat in Patriarchatu Andream Abdelgal Syrum sub nomine Patriarchæ Syrorum. 48.
Andreas Abdelgal Syrus abiurata Iacobitarum Hæresi Presbyter ordinatur, deinde Archiepiscopus consecratur à Ioanne Safrensi Patriarcha Maronitarum 48. Aleppum petijt, vbi à Syris Catholicis eligitur Syrorum Patriarcha, & confirmatur ab Alexandro VII. Summo Pontifice sub nomine Patriarchæ Syrorum. ibidem.
Antistites Maronitarum zelo fidei multos libros ab Hæreticis deprauatos comburunt. 117. 118.
Antonius Cardinalis Caraffa ergà Maronitarum Romæ Collegium, ac Nationem beneficentissimus. 112.
Antonius Ciappus ait, Maronitas ex Indijs ortum ducere 4. hæc opinio reijcitur. 134.
Archipresbyter Farsciaiæ postulat à Thoma Episcopo Kfartabensi Monothelita, vt in lucem ederet Tractatum decem propositionum. 81.
Apamea & Emessa prima Maronitarum Sedes. 6.

S.A-

S. Athanasius Eusthasianis Catholicis adhæsit. 46.

B

BAronij opinio de Maronitis. 8.
Bascanta Oppidum in Libano in Prouincia dicta Kesruam. 52.
Bernardus Lutzenburgius ait, Maronitas fuisse Iacobitas. Reijcitur. 130
Breindembergius ait, Maronitas Monothelitarũ labe fuisse infectos. Reijcitur. 130.
Bsciarrai Vrbs Libani in Prouincia dicta Giobbe, quæ declaratur Ducis Maronitarum Sedes. 53.
Bqaa est planities in Diœcæsi Damascena. 50.
Bullis Innocentij III. Alexandri IV. & Leonis X. respondetur. 109.

C

CAluinistæ, cùm Catholicam fidem suscipiunt, omnisso nomine Caluinistarum, quod est hæresis indicatiuum, suscipiunt illud Catholicorum. 47.
Catholicis in Syria, Maronitarum nomen impositum, quo distinguerentur ab Hæreticis. 36.

Cha-

Chazeniana familia inter Libani primarias. 120.
Christianorum diuitiæ sunt Fides, ac Religio Orthodoxa. 120.
Collegij Maronitarum Romæ Alumni recensentur non pauci, scientia nobiles. 121.
Constantinus Pogonatus Imperator insectatus est Monothelitas. 37. *egit cum Dono, & Agathone Summis Pontificibus de Oecumenico Concilio Constantinopolitano cogendo contra Monothelitas,* ibidem.
Crucis signum apud Iacobitas fit vno tantum digito, ad denotandam vnam in Christo naturam. 98.
Cyrus Patriarcha Alexandrinus cur ab Eutychio vocitetur Maronita. 35. 36. *postquam incidit in Hæresim Monothelitarum, quomodo Maronitæ nomen retinuerit.* 38.

D

Dauid Archiepiscopus interpretatus est ex Syriaco in Arabicum, Orientalium Syrorum Constitutiones. 89. *eiusdem expositio de vnica voluntate, & quomodo asseratur aliquando Catholicè in Christo vna voluntas.* 90.

Dom-

Domnina inter primas B. Maronis discipulas, cuius vitam describit Theodoretus. 6.
Dionysius Petauius ait, Maronitas olim Monophysitarum, & Theopaschitarum Hæresi laborasse. 3. Reijcitur. 131.

E

EBn Sciebban Græcus Iacobita, Maronitas inficere Dioscori erroribus conatur. 98. eiusdem, ac Ebn Hhosen opera deprauantur nonnulli Maronitarum libri. 82.
Elias Episcopus Maronita in Cypri Insula Schisma, & Hæresim apud Andream Episcopum Colossensem, & Nuntium Apostolicum eiurat. 96.
Emessa & Apamea prima Maronitarum Sedes. 6.
Emir Fakreddinus sub Amurathi IV. Imperio, totam ferè Syriam occupauit. 126.
Esau Archiepiscopus seducit Ebn Sciebban, vt promulget inter aliqua Libani loca errores Dioscori. 98.
Eusthatiani contra Hæreticos Meletianos. 45.
Eutychetis Hæresis in quo differat ab illa Iacobitarum. 19.
Eutychij Alexandrini sæculum, & eius obitus. 25. eiusdem Annalibus, ac Historijs cautè fi-

fides habenda, errat enim in multis, tàm in Historia Occidentali, quàm Orientali. ibidem. *Manifestissimus eius error cùm scribit de Maronitis, & de Monasterio B. Maronis.* 26. 27. 28. 29.

F

FLauij Cherubini de Maronitis opinio. 3.
Fortunatus constituitur Dux Maronitarum. 52.
Franci, qui sint apud Orientales. 39.
Francisci Ballarini de Maronitis opinio. 3.
Francisci Berdini de Maronitis opinio. 3.

G

GAbriel Prateolus ait, Maronitas fuisse Iacobitas, 2. Reÿcitur. 130.
Gabrielis Qlai coniectura de Maronitis. 9.
Giobbe Libani Prouincia. 53.
Græci Hæretici introducti in Libanum. 59.
P. Griphon Belga ex Ordine Sancti Francisci, prodigiosè Maronitas ad Catholicam Religionem conuertit. 2. *hæc assertio perridicula.* 68.

Ha-

Habeisciana familia inter Libani Primarias. 120.
Hhadet Ciuitas in Libano in Prouincia dicta Giobbe. 53. obsidetur à Saracenis. 52. eorum insultus per septem annos retundit. 53. expugnatur per traditionem, ac funditùs euertitur. ibidem.
Heretici occidunt Patriarcham Maronitarum Catholicum. 84.
Haymericus Patriarcha Latinorum Antiochenus, sedat Maronitarum seditiones pro eligendo nouo Patriarcha. 84. qui in Heresim lapsi erant, & Schisma, vnioni Catholicæ restituit. ibidem.
Heraclius Imperator, non adhùc Monothelita, Ioannem Maronem magno in honore habuit. 34. 35. quare ab Eutychio Alexandrino vocitetur Maronita. 35. 36. postquam incidit in Heresim Monothelitarum, per multos annos, Catholici nomen prætulit. 38. nunquam insectatus est Diuũ Maximum. 76.
Hieremias Patriarcha Maronitarum Lucæ successor, turbas sedat, Romam se contulit Innocentio III. regnante. 101. interfuit Concilio Lateranensi, & benè excipitur à Sum-

Summo Pontifice. 101. 102. *ei Pontifex impertitur varias gratias, post quinque annos, & sex menses rediit Tripolim Syriæ*. 104. *excipitur benignè à Maronitis in Vrbe Tripolitana, ibique habita fuit Congregatio generalis*. *ibidem*.

Honorius Summus Pontifex constituit Ioannem Maronem Patriarcham Antiochænum. 32. *cur ab Eutychio Alexandrino vocitetur Maronita*. 35. 36.

Hormisdæ Summi Pontificis epistola ad Monachos Monasterij B. Maronis. 13.

I

Iacobitarum Hæresis in quo posita 16. *introducti in Libanum*. 59. *quomodo corruperint libros Maronitarum*. 116. 117. *cùm Catholicam fidem suscipiunt, amisso nomine Iacobitarum, quod Hæresis est indicatiuum, suscipiunt illud Syrorum*. 47.

Iacobus inter primos B. Maronis discipulos, cuius vitam describit Theodoretus. 6.

Iacobi Gualterij de Maronitis opinio. 2.

Iacobi Cardinalis de Vitriac opinio de Maronitis. *ibidem*.

Iacobus Zanzalus Albaradaius quis fuerit; Monophysitarum Hæresim instaurat, a

quo

quo prognati sunt Iacobitæ? 18.
Innocentius III. Summus Pontifex mittit in Syriam VVillielmum Cardinalem Sancti Marcelli. 101. *eiusdem Bulla ad Hieremiam Patriarcham Sedis Antiochanæ.* ibidem.
Ioannis Papæ IV. falsa Epistola ad Heraclium, & Constantinum Imperatores. 30. 31.
Ioannes Presbyter qui interfuit V. generali Synodo, Ambasiator dicitur Monasterij B. Maronis Primatis Monasteriorum Syriæ secundæ. 10.
Ioannes Cardinalis Bona sequutus est VVillielmum Tyrium de Maronitarum Religione. 2.
Ioannis Boteri de Maronitis opinio. 2.
Ioannis Ceuerij de Vera assertio de Io. Marone, ac de Maronitis. 31.
S. Ioannes Chrysostomus se commendat B. Maronis Abbatis precibus. 5.
Ioannis Morini de Maronitis aßertio refellitur. 44. 45. *eiusdem opinio reijcitur, asserens, Mardaitas fuisse Monti Libano Aduenas, non Autochthones.* 65.
Ioannes Maro nouos Monophysitas impugnat. 19. *assumit nomen Maronis ex nomine Monasterij, in quo erat Monachus,*

& fuit Patriarcha Antiochenus, & vir sanctus. ibidem. *à multis, Hæreticorum numero adscribitur ducti authoritate VVillielmi Tyrij.* 21. *Author Monothelismi dici meritò non potest.* 27. 30. *nullo idoneo teste probari potest fuisse Monothelitam.* 29. 107. *tantùm abest vt Monothelita fuerit, vt eos scriptis suis validè impugnauerit.* 42. *non fuit Hæreticus, quia Maronitæ Catholici, eius nomine gaudent.* 47. *in eundem odia Hæreticorum.* 35. *cùm Heraclius Imperator, nondum Monothelita magno in honore habuit.* 34. 35. *Sanctimoniæ laude claruit.* 31. *constituitur ab Honorio Summo Pontifice Antiochenus Patriarcha, varijsque donis ab eo cohonestatur.* 32. *eius fides confirmatur à Maronitis præsente Haymerico Patriarcha Antiocheno Latinorum.* 85. *falsò asseritur fuisse damnatum in sexta generali Synodo.* 88. 109.

Iustinianus Imperator immemor accepti per Maronitas beneficij, curat illos eijcere ex Libano. 64. *assumit ex eis* 12. *millia, illosque recepit in confinis Ciliciæ & Armeniæ.* ibidem.

Ke-

K

*K*Esruan inter Primarias Libani Provincias. 52.

L

*L*Atinus Ioannis Damasceni Interpres Trisagij corruptelam Maronitis propriam facit. 3. reijcitur. 132.
Leonis Papæ X. Bullæ respondetur. 109.
Libri Maronitarum quomodo corrupti fuerint ab Hæreticis. 112. 113. 114.
Librorum Ecclesiasticorum Maronitarum, quã de causa Antistites, ac Magnates illius Nationis petant impressionem à Summis Pontificibus, & à Sac. Congregatione de Propaganda Fide. 118.
Lucas Patriarcha Maronitarum seductus à duobus Monachis asserit, Christum Dominum non habuisse animam, neque pati, neque sentire potuisse. 99. *recusat excipere Nuntios Summi Pontificis.* 100. *excommunicatur à Summo Pontifice* ibidem.
Ludouicus Iacobillus describit Vitam Beati Maronis Abbatis. 5.
Lutherani cùm Catholicam fidem suscipiant, amisso nomine Lutheranorum, quòd hæ-

resis est indicatiuum; suscipiunt illud Catholicorum. 47.

M

Marcus Episcopus Portuensis, asserit Maronitas passim fuisse Hæreticos, passim Idololatras. 2. *reijcitur.* 68.
Mardaitæ non alij à Maronitis fuerunt. 65. *non fuisse Monti Libano Aduenas, sed Autochthones.* 65. *sic vocati sunt, quia fuerunt Imperatori rebelles.* 50.
B. Maro Abbas, seu Maron floruit anno circiter Christi 400. 5. *eius vitam describit Theodoretus.* 5. *quos, in Syria lapsi non adhuc erant in hæresim, in Catholica fide continuit.* 4. *Innumeros ad monasticam vitam adduxit.* 5. *varios discipulos habuit miraculis, ac sanctitate illustres.* 6. *ægritudines corporum, & animarum medebatur.* 5. *excedit è vita.* 6. *certamen de eius corpore obtinendo inter vicinos.* ibidem. *in eius honorem construitur Monasterium insigne propè Orontem fluuium Apamæam inter, & Emessam.* ibidem. *declaratur Primas omnium Monasteriorum Syriæ secundæ.* 10.
Maronea Ciconum Ciuitas. 134.

Ma-

Maronea vicus propè Antiochiam. 8.
Maronini, ijdem sunt ac Maronitæ, sic dicti ab Hæreticis, & quare. 20.
Maronitæ Syriam incolunt. 1. *an sic appellati à Maronea viculo.* 8. *an sic dicti à voce Syriaca Morio.* 9. *Sunt Christiani in Syria ab auita Apostolorum fide.* 118. *nominis origo prima à S. Marone Abbate.* 4. *impositum est hoc nomen Catholicis Syris, ab Hæreticis, vti nunc in Anglia, Catholici vocantur Papistæ ab Hæreticis.* 46. *à nullo Marone Hæresiarcha denominati sunt.* 44. *& si semper Catholici fuerint potuerunt habere proprium sibi nomen.* ibidem. *nihil vnquam innouarunt in Religione, sed Apostolicas semper retinuerunt Constitutiones, & Conciliorum decreta.* 40. *eorum Catholicam fidem Thomas Episcopus Kfartabensis labefactare conatur.* 69. *à communione Patriarchæ in hæresim lapsi secedunt.* 83. *alium sibi creant Patriarcham, quem Hæretici occidunt.* ibidem. *inter sese dissentiones pro eligendo nouo Patriarcha, quas sedat Haymericus Patriarcha Latinorum Antiochænus.* 84. *nullo idoneo teste probari potest fuisse Monothelitas.* 29. *an omnes fuerint Monothelitæ.* 96. *non fuisse Hæreticos varijs argumentis*

efficitur. 107. *falsò dicuntur in sexta generali Synodo damnati.* 109. *Francis, id est Catholicis Occidentalibus adhæsisse, ipsi Hæretici Orientales testantur.* 39. *dicti sunt aliquando Maronini ab Hæreticis, & quare.* 39. *appellati sunt etiam Mardaitæ, & quare.* 50. 61. *Electo sibi Principe propria authoritate Saracenos expellunt.* 50. *ob dolosam, de mandato Imperatoris, interfectionem sui Principis, magis rebellant, & alium sibi Principem designant.* 51. *Nouum Principem sibi constituunt ad tuendam Patriam, & Catholicam fidem, quem volunt Sedem habere Bsciarrai.* 53. *illum confirmari ab Imperatore postulant.* 54. *In Saracenos bellum.* 55. *Victoria contrà Saracenos.* ibidem. *quam formidandi fuerint Saracenis.* 63. *eos cogunt Romano Imperio tributum pendere.* 62. *Magnates huius Nationis non tanti faciunt opes suas, quanti Catholicam Religionem.* 120. *varij recensentur ex eis scientia illustres, quamuis non fuerint Alumni Collegij Maronitarum.* 125. 126. *Trisagium Orthodoxè recitant.* 132. 133. *Virorum doctorum paucitas in hac gente verti vitio non potest.* 127. *quare studijs non vacent.* ibidem. *hæc Natio*

non

non potest dici Hæretica ob aliquorum defectionem. 120.
S. Maximi Vita falsò à Thoma Kfartabensi enarrata. 75.
Matthia de Corona Leodiensis Carmelitæ de Maronitis opinio. 3.
Monachi Monasterij B. Maronis multiplicantur magno numero, Catholicam fidem incorruptè conseruant. 7. Catholicæ fidei Antesignani. 10. pro qua tuenda eorum studium. 14. Nuntios mittunt ad V. generalem Synodum. 10. multa patiuntur ab Hæreticis Monophysitis, & ex eis 350. pro tuendo Concilio Chalcedonensi occisi sunt. 11, 12. mittunt Epistolam ad Hormisdam Papam. 11. & aliam ad Ioannem Patriarcham Constantinopolitanum, & ad V. generalem Synodum. 12. Confugiunt ad Papam tanquam ad fidei Magistrum, & Ecclesiæ Caput. 14. mittunt aliam Epistolam ad Hormisdam Papam, ad Menam Patriarcham Constantinopolitanum, & ad Iustinianum Imperatorem. ibidem. Libellum porrigunt Iustiniano Imperatori contrà Seuerum, Petrum Gnaffæum, & Zoaram Syrum. 17. & alium ad proprios Episcopos, vt tota Syria Synodi decretis ob-
 tem-

temperaret. ibidem.

Monachi duo ex Pagis Ianubh, & Darnebubh asserunt Christum non habuisse animam, neque pati, nec sentire potuisse. 99. *seducunt Lucam Patriarcham*. 100.

Monasterium in honorem B. Maronis construitur propè Orontem fluuium, Apamæam inter, & Emessam. 6. *Primas est omnium Monasteriorum Syriæ secundæ.* 10.

Monophysitæ dicuntur asseclæ Iacobi Zanzali, ac Dioscori. 19.

Monothelitas, hoc est assertores vnius voluntatis in Christo Domino. 22. 71. 72. *eos impugnat Ioannes Maro.* 42. 43.

Muhauias Phæniciam vexat. 50.

N

Nationes, quæ hodiè extant in Syria, antequam scinderentur in varias sectas, omnes vocitabantur Syræ. 4.

Nestoriani cùm Catholicam fidem suscipiunt omisso nomine Nestorianorum, quod hæresis est indicatiuum, suscipiunt illud Chaldæorum, seù Assyriorum. 47. 49.

Opi-

O.

Opiniones variæ de Maronitis, & inter se contrariæ. 2.

P.

Papistæ vocati sunt in Anglia Catholici ab Hæreticis. 46.
Patres Societatis Iesu cùm celebrarent centesimum suum annum in Romano Collegio, appofuerunt inter Viros eruditos, Imagines nonnullorum, qui fuerant Alumni Collegij Maronitarum de Vrbe. 122.
Patriarcha quidam Maronitarum inficitur hæresi. 83.
Paulus constituitur Dux Maronitarum. 52.
Paulus Diaconus, qui interfuit V. generali Synodo Ambasiator dicitur Monasterij B. Maronis, Primatis Monasteriorum Syriæ secundæ. 10. 17.
Petri Patriarchæ Maronitarum Epistola ad Antonium Cardinalem Caraffam. 112.
Petrus Gnaffaus, idest fullo in Trisagio Trinitatis crucifixionem admittebat. 11. eius asseclæ Maronitas insectati sunt. ibidem.
Princeps Maronitarum, Imperatoris mandato dolosè interficitur. 51.

Qua-

Q

Varesmy assertio de Ioanne Marone. 2.

R

Romana Vrbs caruit aliquando Viris doctis, ob assiduos Longobardorum motus. 128.

Romana Ecclesia in confirmandis Patriarchis Orientis, nunquam vsa est vocabulis Nestorianorum, ac Iacobitarum, cùm sint illa hæresis indicatiua. 49. *vsa tamen est vocabulo Maronitarum in confirmatione Patriarchæ eiusdem Nationis, quia est Catholici nominis indicatiuum.* 49.

Rex Galliæ Christianissimus cohonestauit Abù Naufel Principem Agialtonis Gallorum Consulatu in Phœnicia. 121.

S

Salem Dux Maronitarum locum dat Hæreticis in Libano contra fidē datam. 54. *excommunicatur, & deseritur à Maronitis.* 54. *resipiscit, & Ecclesiæ, & suis reconciliatur.* 60. *Hæreticos eijcit ex Libano.* 61.

Sa-

Saraceni à Maronitis repulsi. 50. *Hadetum obsident, quam per traditionem expugnant.* 52. 53. *profligantur denuò à Maronitis inter Byblum, & Botrim, & depulsi sunt vsque ad flumen propè Alfidar, ex quibus ad quatuor equitum millia captiui remanserunt.* 56. *coguntur Romano Imperio tributum pendere.* 62. *Saraceni ob Maronitarum inter se dissentiones, Tripolim, Byblum, & Bsciarrai inuadunt.* 55. *metu Mardaitarum liberati Romanum Imperium multis malis afficiunt.* 65.
Schismata varia inter Maronitas. 98.
Sergius Patriarcha Constantinopolitanus cur ab Euthychio Alexandrino vocitetur Maronita. 35. 36. *postquam incidit in hæresim Monothelitarum, per multos annos Catholici nomen prætulit.* 38.
Seueriani Hæretici Maronitarum insectatores. 11.
Simon, nouus Maronitarum Dux eligitur. 51.
Sophronius Hierosolymitanus, Cyrum Alexandrinum insectatus est. 80.
Syria Mari Mediterraneo contermina. 1.
Syri, qui ad Monachos Monasterij B. Maronis confluxerunt, vocati sunt Maronitæ
ab

ab Hæreticis. 7. 13.

T

THalassius inter primos B. Maronis discipulos, cuius vitam describit Theodoretus. 6.
Theodoretus describit vitam B. Maronis Abbatis, eiusque discipulorum. 5.
Theodorus ex Kfarfu Episcopus, Vicarius generalis à Hieremia Patriarcha Maronitarum constituitur. 101. 104.
Theopaschitarum hæresis in quo posita. 3. hac hæresi Maronitæ nunquam fuerunt infecti. 3. 131.
Thomę Biatiensis opinio de Maronitis. 2.
Thomas Hharanita Episcopus Kfartabensis quis fuerit. 69. 70. Maronitarum fidem labefactare Monothelismo conatur. 69. eius opinio de Maronitis. 7. 8. permanet in Giobbet Ianuhh per quatuor annos, & in Giobbet Bsciarrai per biennium. 87. eius cum Patriarcha Antiocheno Græcorum Ioanne, contentiones. 70. Iacobitarum Religione relicta, alteram Monothelitarum amplexus est. ibidem. scribit Epistolam præfato Patriarchæ Antiocheno in decem propositiones diuisam pro Monothe-

thelisſino, quam iuſſit Patriarcha publicè comburi. 73. *ſe transfert ad Montem Libanum, vt Maronitas ad ſuas partes alliciat.* 74. *S. Maximum apud illos in inuidiam adducit varijs mendacijs.* 75. *falsò aſſerit Heraclium Imperatorē, Leonis Papæ Authoritate S. Maximum inſectatum fuiſſe.* 76. *mentitur ſibi fauere Pontificem Romanum.* 77. *Eutychium Alexandrinum falsò teſtem appellat.* 78. *Maronitas aliquos ſuis erroribus imbuit.* 80.

Timothei Preſbyteri Conſtantinopolitani aſſertio reÿcitur. 130.

Titus Liuius nominat Maronitas, Ciues Maroneæ, quæ eſt Ciconum Ciuitas. 134.

Tripolis Syriæ Vrbs expugnatur à Francis. 87.

Triſagium orthodoxè recitatur à Maronitis. 132. 133.

V

VEneti Domini Abù Naufel Principem Agialtonis, Venetorum Conſulatu in Phænicià condecorarunt. 121.

VVilielmus Cardinalis Sancti Marcelli ab Innocentio III. in Syriam mittitur. 101. 104.


VVil-

VVillielmus Episcopus Tyri, Maronitas ait fuisse Monothelitarum hæresi infectos. 2. 21. 22. *cæcum Ducem sequutus Eutychium Alexandrinum, in errorem lapsus est.* 24. *eius testimonium expenditur, & confutatur.* 67. *eiusdem error de Maronitis unde natus sit.* 87. *falsò asserit Maronem, & Maronitas damnatos fuisse in sexta generali Synodo, & per* 500. *annos permansisse in Monothelismo.* 88.
Voluntas una in Christo Domino quomodo aliquando Catholicè asseratur. 90.

Z

Zoaras *Hæreticus Syrus, Monachorum Monasterij B. Maronis insectator.* 17.

FINIS INDICIS.



Willielmus Episcopus Tyri, Maronitas afs
fuisse Monothelitarum hæresi infectos. 2.
21. 22. eorum Ducem sequutos Euty-
chium Alexandrinum, in errorem lapsus
est. 24. eius testimonium expenditur, &
confutatur. 67. eiusdem error de Maro-
nitis vnde natus sit. 87. falso asserit Ma-
ronem, & Maronitas damnatos fuisse
in sexta generali Synodo, & per 500.
annos permansisse in Monothelismo. 88.
Voluntas vna in Christo Domino quomodo ali-
quando Catholicè asseratur. 90.

Z

Zerga Hæreticus Syrus, Monacho-
rum Monasterij B. Maronis infe-
stator. 17.

FINIS INDICIS.

